erit forte eſt pfectio ſimplicit/ ⁊ ē
neceſſaria. ⁊ tñ non ſequit ꝙ de⁹
pducat ſortem neceſſario. vel ꝙ
A neceſſario ſit pductio ſortis. q̄a
ꝯñs eſt falſū. ¶ Quarto dico ꝙ
iſta ppō preſciētia dei ē pfectio
ſimpliciter. intelligit ſic ꝙ eſſe p̄
ſcium ſit denominatio pfectio=
nis ſimplicit: ita ꝙ in vno quoqȝ
melius ſit ipſum eſſe preſciū ꝙ̄
non. ⁊c. poteſt diſtingui. Ut igit
terminus preſcium poteſt ſumi
dupliciter: vel reſpectu futuro=
rum: et ſic non eſt denominatio
ſimpliciter eſſe preſciū ſicut nec
eſſe cauſam effectiuā rerū: q̄a ſi
nulla res eſſet futura (quod eſt
abſolute poſſibile) deus nō eſſet
preſcius nec tamen eſſet minus
perfectus. ſicut ſi nulla creatu=
ra eēt/ de⁹ non eſſet cauſa: nec tñ
eſſet min⁹ pfect⁹. Et ſic eſſe pre=
ſcium vel eſſe cauſam efficientez
nō dicit pfectionē ſimpliciter. ſ3
poſſe eē preſcium: ⁊ poſſe eē cau
ſam efficientez eſt denominatio
pfectionis ſimpliciter: q2 ſi eſſet
aliquid futurū / et deus illud nō
preſciret / ipe nō eſſet ſimpliciter
perfectus / nec eſſet deus. Et eſt
huic ſile qđ đt Anſel. monolo.
xv. ꝙ nō eſſet meli⁹ deo eē ſūmū
ꝙ̄ nō ſummū: quia ſi nulla alia
res eſſet ipſe nō eēt ſumm⁹ / ⁊ tñ
non eſſet minus pfectus: tamen
aliis rebus exiſtentibus ſi non
eſſet ſumm⁹ non eſſet deus. Uel
ille termin⁹ preſciū poteſt ſumi
reſpectu enunciabiliū futuroꝝ
tā affirmatiuoꝝ ꝙ̄ negatiuorū
Et ſic eſt denoiatio pfectionis
ſimpliciter eſſe preſciū: ⁊ meli⁹
eſt deo eſſe preſciū ꝙ̄ non eſſe: ⁊
ipe de neceſſitate eſt preſcius. vt
patet ex dictis in pdicta ratiōe
⁊c. Et ideo eē preſcium hui⁹ fu
turi quocūqȝ demōſtrato: nō eſt
denominatio pfectionis ſimpli
citer: ſed eſſe preſciū hui⁹ vl ſui
ꝯtradictorij. Et totū p3 clare ex
ſupradictis. ¶ Ad ꝯfirmationez B
dico ꝙ minor rationis ſimplici
ter intellecta eſt falſa. q2 ſicut p
poſitio de futuro vera poteſt fi
eri falſa ſine ſui mutatione: ſed
pmutationē rei. ſic aliquā talez
quā de⁹ preſcit poteſt nō p̄ſcire
poſtq̄ eā preſciuit ſine ſui mu=
tatione ſed p mutationē rei. que
poſtq̄ fuit futura fit p̄terita. ſi=
cut modo de⁹ nō preſcit mundū
fore: ⁊ tamen hoc aliqñ preſciuit
Nec tñ ſequitur ꝙ dei p̄ſcientia
intrinſece minuat: ſicut p3 in ſe
cūdo articulo. Si vo illa minor
intelligit nō ſimpliciter / ſed cū
additio: ſc3 ꝙ oē ꝙ de⁹ preſcit
deus nō poteſt nō preſcire ante
inſtans pro quo ipſum nō p̄ſcit
poſtq̄ ipſum p̄ſciuit ipſa eſſet
vera: intelligēdo tñ eā vt ſit vna
cathegoricā cuius pars pdicati
ſit illa oratio poſtq̄ ipm p̄ſciuit
⁊ tūc maior eſt falſa: nā q̄libet
tale ante illud inſtans. de⁹ pōt
nō p̄ſcire: vt p3 ex ſupradictis:
⁊ tamen nullū tale poteſt deus
ante illud inſtans non preſcire
poſtq̄ ipſum p̄ſciuit. ſicut ppo
ſitio enūcians illud fore poteſt
ante illud inſtans pro quo enū=
ciat illud fore / non eſſe vera: ⁊ ta
men non poteſt nō eē vera poſt
ꝙ̄ fuit vera: ⁊ ideo illa maior ē
falſa quare hic oſtende quomo
do hec eſt diſtinguenda de⁹ po=
teſt. ⁊c. ¶ Ad quartam rationez C
eſt difficultas non ſolum pp̄ter Ad q̄rtū
materiam ratiōis in ſe / ſed ppt
contrarietatem auctoritatum

quas magiſter inducit i. xxxviij diſt. Nā intētio Auguſtini. xv. de trini. c. xiij. videtur eſſe ꝙ res nō q: ſūt ideo de⁹ eas nouit: ſed q: nouit ideo ſūt. Sꝫ cōtra videtur fuiſſe opinio Origenis ſup epiſto. ad Roma. ꝙ nō ideo aliq̄d erit: q: de⁹ ſcit illud futuꝝ: ſꝫ q: futuꝝ eſt ideo ſcit̄ a deo anteq̄ fiat ꝛc. ¶ Ad hoc autē in p̄dicta diſtinctiōe rñdet magiſter / ꝛ pōt ei⁹ rñſio ſub quadruplici ꝓpoſitiōe recolligi. ¶ Pria ē ꝙ res future nullaten⁹ ſunt cauſe preſcientie vel ſcientie dei. Et ideo ſequunt̄ / vt preſciunt̄ q: future / vel facte ſunt. ¶ Secūda ē ꝙ dictum Origenis q̄a futuꝝ ē ideo ſcitur. intelligendum eſt vt notetur ibi cauſa nō ꝓprie dicta: ſed cauſa ſine qua non. ¶ Tertia ē ꝙ etiam preſcientia vel ſcientia dei prout ſolū includit noticiaꝫ rei nō eſt ꝓprie cauſa eorūꝫ que fiunt: niſi ſolum ſine qua non.

Op. origenis.

Op. magiſtri.

D

¶ Quarta eſt ꝙ ſi nomine ſcientie includatur beneplacitū atq̄ diſpoſitio: tunc poteſt dici cauſa rerū. Et ſic intelligit Auguſtinus. ideo ſunt quia nouit. id eſt quia ſcienti placuit: ꝛ quia ſciēs diſpoſuit. In his ſtat reſponſio magiſtri. ſed ſicut dicit Egidi⁹ ſuper littera diſtinctionis. Solutio magiſtri non ſufficit: quia dictū Origenis exponit de cauſalitate ſine qua non: quia tunc pari ratione diceretur. et iō aliquid erit: quia de⁹ preſcit illud futuꝝ qḋ negat Origenes. Nāꝫ etiā ſm magiſtruꝫ p̄ſcientia eſt cauſa ſi ne qua nō futuroꝝ. Iō aliter reſpondet magiſter Gregorius et dicit ꝙ q̄uis ſcientia dei q̄ nō eſt aliud: q̄ ſubſiſtētia

E
Egidius

F
Gregori⁹

vel eēntia dei ſit cauſa oīm rerū q̄ ſūt. iſta tn̄ ꝓpoſitio quia de⁹ preſcit ideo res ſūt future ſi ſit cauſalis ꝛ non equalens preciſe huic conditionali: ſi de⁹ preſcit res ſunt future ꝛ noīe preſcientie non includatur beneplacitū ſit diſpoſitio. abſolute negāda eſt. Nam ſicut nō ideo quia propoſitio de futuro ē v̄a res quaꝫ enūciat fore erit: nec ſi ego preſcirē aliquid fore ideo q: preſcirem illud foret q̄uis neceſſe eſſet ꝙ ſi preſcirem illud foret ſic in ꝓpoſito ꝛc. Et ratio ē. q: nec ſicut veritas ꝓpoſitiōis ſic nec ſcientia (inquantū hmōi) eſt cauſa q: ita ſit in re. ¶ Sed alia ꝓpoſitio. ſcꝫ quia aliqua ſunt futura deus preſcit illa eē futura diſtinguēda eſt. Quia vnus ſenſus poteſt eē vt denotet̄ res futuras eſſe cauſas p̄ſcientie. quia deus preſcit res eſſe futuras ſicut ſi dicatur q: viſibile ē michi obiectum iō video. Et ſic illa ē falſa. Et ad hunc ſenſum negāt eam Auguſtin⁹ ꝛ magiſter. Nec ſic intelligendū eſt dictū Origenis. Alius ſenſus pōt eē quo p̄ciſe denotetur ꝙ quia res ſūt future ideo preſciētia dei eſt p̄ſciētia. ꝛ iſti termini preſcientia / ꝛ p̄ſcius verificant̄ de deo ita ꝙ talis locutio ſit illo mō cauſalis q̄modo iſta. quia homo ē aīal. iō hec eſt vera homo eſt animal. et ſicut ſolet dici ꝙ eē ſic i re ſicut ꝓpō enūciat ē cā ꝙ illa ſit vera ꝛc. Et ſic ſꝫ iſtū modū loq̄ndi p̄t cōcedi ꝙ res eē futuras ē cauſa vel poti⁹ cōcauſa vna cū imēſa pfectiōe diuine ſciētie. quod de⁹ ſcit p̄ſci⁹ vel p̄ſcientia / ſeu ꝙ iſti termini v̄e dicant̄ de deo. Et ad

iſtum ſenſum põt dici q̃ q̃a res
future ſũt. ⁊ dei ſciam nichil põt
latere. ideo pſcit illas de⁹ ee fu
turas. Et ſic intellexit Origenes
Sed Auguſtinus loq̃tur de no-
titia dei ſm q̃ eſt ſimplex apphẽ
ſio rerũ. In q̃ ſenſu nõ eſt verũq̃
q̃a ſunt ideo nouit Nã ſiue ſint ſi
ue non. nõ min⁹ nouit: quia res
non cauſant ſuã notitiam in deo
ſicut in nobis ideo ⁊c. Sed q̃ di-
cit ideo ſũt quiã nouit intelligen
dum eſt de notitia ſimul cum bñ
placito ſeu cum diſpoſitione ſi-
A cut bñ exponit magiſter. ¶ Hic
tamen dico iſtam regulaꝫ q̃ nul
la ꝓpoſitio cauſalis cui⁹ ꝯñs ſi-
gnat tanq̃ ſignatum totale de-
um velle/ vel intelligere eſt con-
cedenda de virtute ſermonis: et
ꝓprie. Ideo iſta cauſalis in ſen-
ſu cauſali nõ eſt vera de virtute
ſermonis. quia res ſũt future de
us preſcit ⁊c. ſed hoc magis poſt
B ea declarabo. ¶ Tunc ad formã
rationis dico q̃ de ṽtute ſermo-
nis iſta diſiunctiua eſt falſa. q̃a
nulla pars eſt vera. Si tamen p̄-
ma pars intelligitur in ſecundo
modo/ vera eſt ad bonuꝫ ſenſum
⁊c. nec ex hoc ſequit̃ q̃ res futu-
re ſint cauſe preſcientie dei ſicut
nõ ſequitur quia Petrus ſedet.
ideo hec ꝓpoſitio que prius fuit
falſa Petrus ſedet. nunc eſt ve-
ra. ergo Petrus ſedens eſt cauſa
illius veri. ſicut patet ex dictis.
Iſta tamẽ locutio non apparet
michi vera de virtute ſermonis.
C ⁊c. ¶ Ad confirmationẽ pꝫ quid
de antecedẽte ſit dicendũ. ſed ra-
tio tangit aliã difficultateꝫ. Vñ
ſanct⁹ Thomas in ſcripto ſuo.
diſt. xxxviij. Et Egidi⁹ eadẽ diſt.
q. vltia cõcludũt ꝯñs hic illatũ.

Dicũt eni q̃ oẽ futurũ ꝯparatũ
ad cãm ꝓmã/ ⁊ dei ꝑſcietiã eſt ne
ceſſariũ ſeu neceſſario futurũ. cõ
paratũ aũt ad cauſas ꝓximas/ ⁊
ſm ſuã naturã cõſideratum ẽ cõ
tingens ſeu contingenter futuꝝ.
Nec eſt inconueniẽs idem diuer
ſis reſpectibus eſſe neceſſarium
et contingens. Et huius ſenten-
tie videtur eſſe Boetius. v. de cõ
ſolatione. hec inquit ſi ad diui-
nam notitiam referantur neceſ-
ſaria. ſi per ſe conſiderantur ne-
ceſſitatis ſunt nexibus abſoluta
Et hoc ibi diffuſe proſequitur.
¶ Hec auteꝫ tripliciter poteſt re D
ſponſio intelligi. Uno modo vt
abſolute/ ⁊ ſimpliciter conceda-
tur aliquid idem eſſe neceſſariuꝫ
et contingens tamen ab vno (ſci
licet a cauſa prima) habet vt ſit
neceſſarium et ab alio q̃ ſit con-
tingens. ſicut ideꝫ lac eſt album
ab albedine ⁊ dulce a dulcedine.
Alio modo põt itelligi q̃ iſta ſic
abſolute ſũpta. a. eſt neceſſariuꝫ
⁊ contingens nõ cõcedat̃. ſed ta-
men de. a. ꝯcedatur q̃ eſt neceſſa
rio futurũ a prima cauſa et con
tingenter futurum a ſecunda. ſi
cut de eodẽ dicimus q̃ eſt a deo
ſcitum fore ⁊ non eſt a cauſa pro
xima ſcitum fore nõ tñ abſolute
ꝯcedimus q̃ eſt ſcitum fore ⁊ nõ
ſcitum. q̃a hoc implicat ⁊c. Alio
modo q̃ comparatum ad cauſã
primã vel dei noticiaꝫ eſt neceſſa
rio futurũ. id eſt neceſſe eſt ſi ali-
quid eſt preſcitum a deo ipſũ eſ-
ſe futurũ ita q̃ ſit neceſſitas ꝯñe
nõ ꝯſequentis idẽ tñ ſm ſe. id eſt
abſolute eſt ꝯtingenter futurũ. li
cet iſtũ non pretendat de virtute
ſermonis p̄dicta ſolutio. ¶ Tũc E
pono aliq̃s ꝓpoſitiones. ¶ Pri-

ma eſt ꝙ predicta ſolutio in pri-
mo ſenſu implicat ꝯtradictionẽ.
q: ſi.a.ꝯtingenter eſt futurũ/põt
g nõ fore.ꝛ ſic hec eſt poſſibilis.
a.nõ erit ꝛ ſi a.eſt neceſſario futu
rũ hec ẽ neceſſaria.a.eueniet.q;
re ꝛc. Nec valz ad hoc diuerſitas
cauſaꝝ.q: nõ min⁹ eſt ĩpoſſibile
ꝙ a diuerſis cauſis duo ꝯdictoꝛ
ria verificent̃ ꝙ̃ ab eadẽ/ꝛ illud
eſt claꝝ. ¶ Scd̃a eſt ꝙ p̃dicta rñ
ſio in ſcd̃o ſẽſu eſt falſa.p3 q: ex
ea ſequitur ꝙ oĩa de neceſſitate
euenirent. Conſequentia patet
q̃a ſi aliq̃d neceſſario eueniat a
prima cauſa.ſequitur ꝙ neceſſaꝛ
rio eueniet.poſito ꝙ ſecũda cau
ſa poſſit ipſum non facere. Item
F oĩa a ſolo deo fienda eẽnt neceſ-
ſaria ꝛc. ¶ Tertia propoſitio.eſt
ꝙ p̃dicta rñſio in tertio ſenſu in-
tellecta eſt vera. Et ad illum ſen
ſum loquitur Boetius.vt patet.
ex proceſſu ſuo.vñ loquitur de
neceſſario et neceſſitate ꝯñe ꝛ cõ
ditionali. Si autẽ dicat̃ ſi deus
ſciat ſortẽ peccaturũ in a. ſortes
peccabit.ꝯña eſt neceſſaria. ꝛ an
tecedens eſt verũ g ꝯñs: anteceꝛ
dens non eſt in poteſtate ſortis.
g nec conſequẽs. Dico ꝙ in ptã-
te ſortis eſt facere ꝙ añs non ſit/
nec vnq̃ fuerit veru3 ſicut ſupra
tangebat̃. ¶ Quarta ꝓpoſitio ꝛ
rñſiua formata ad confirmatioꝛ
nem eſt/ꝙ deus naturaliter ꝛ nõ
libere eſt ſcientia vel preſcientia
futurorum tñ nullius veri de fu
turo contingenti eſt naturaliter
ſiue neceſſario/immo contingen
ter iudicium ſiue ſcientia iudica
tiua. Vñ dico ꝙ eẽntia diuia nõ
naturaliter repñtat antichriſtũ
fore.ſed cõtingẽter. ſicut contin-
genter vult ipſũ fore Licet enim

naturale ſit diuie eẽntie repñtaꝛ
re quodlib3 veꝝ.ſic naturale eſt
ſibi ꝙ ceſſat repñtare iudicatiẽ
illud qđ pri⁹ repñtauit iudicatiẽ
ſi tale ceſſat eẽ verũ. Sicut natu
rale eſt ſibi ꝙ nihil eã lateat ꝛ ꝙ
nichil erronice iudicat. Nec ẽ ſi-
mile de hac noticia ꝛ de ſpecie vł
ſimilitudine creata ſeu creata noti
cia.cũ nulla creatura poſſit oĩno
ſilis eẽ deo in modo cognoſcen-
di ſicut nec in modo eẽndi. Et ſic
pat3 ad iſtã rõnem.hec de tertio
articulo. ¶ Tunc ad rões prin
cipales queſtionis. ¶ Ad p̃mam
negat̃ añs.ꝛ ad ꝓbationẽ negaꝛ
tur aſſumptũ. Et ad ꝓbationem G
pt3 ex p̃mo articulo qualiter in-
telligendũ ſit contingens non eſ
ſe determinatũ.ad eſſe pluſq̃ ad
non eſſe ꝛc. Et qualiter ſit intel-
ligendum ꝓpoſitionẽ eſſe deter
minate verã/aut falſã. Ad cõfirꝛ
mationẽ dico ꝙ in hac pte aucto
ritas phi eſt neganda quia falſa:
ꝛ quia ſibiipſi alibi contradicto
ria. Unde ipſe dicit in libro de bo
na fortũa deu3 videre futura ꝛc.
¶ Ad ſcd̃am negatur añs ꝛ ad ꝓ H
bationẽ negat̃ aſſũptũ. ſicut pa
tuit in ſcd̃o articulo. Et ad ꝓbaꝛ
tionem negatur minoꝛ.nec ratio
valet: q̃a licet ſic eẽt in nobis nõ
tamen ſic dicendum eſt de deo.ſi
cut nec in deo dicimus cognitio
nẽ diſtingui ab ipſo ꝙ̃uis ſic ſit
in nobis.ꝛ ita de multis ſimilib⁹
Ad confirmationẽ pt3 ꝙ auctoꝛ
ritas Ariſto.nõ valet hic. ¶ Ad I
tertiam negat̃ añs ſicut patet ex
iſto tertio articulo. Et ad ꝓbaꝛ
tionẽ negat̃ ꝯña ſicut pat3 ex diꝛ
ctis. Cõcedo tñ ꝙ immutabilit̃
eueniet l3 nõ neceſſario vel ineui
tabiliter. Et hoc ẽ ꝙ quidã ãtiq̃

dixerunt q illud qd deus scit necessario eueniet necessitate immutabilitatis non tñ necessitate ineuitabilitatis. id est immutabiliter scit licz contingenter ꝛc. Ex hac solutione patet. q licet tam mutabilitas/ q̄ ꝯtingētia repugnat deo sic q sicut deus nō est mutabile esse sic nō est ꝯtingens esse. tamen aliqualiter intrinsece repugnat deo mutabilitas q̄liter non sibi repugnat cōtingentia. Patz. qꝛ sicut deus immutabiliter est. sic immutabiliter scit ꝛ vult. q̄dq̄d sit ꝛ q̄dq̄d vult si tñ de9 aliq̄d ꝯtigenṫ scit ꝛ ꝯtingenṫ vult quare ꝛc. Ad ꝯfirmationez dico q Augustin9 itelligit illas ꝓpositiones in sensu composito ꝛ vult dicere q hec ē impossibilis aliṫ sit q̄ de9 ꝓsciuit. ꝛ hec est necessaria deus prescit. a. ergo. a erit ita q loquitur de necessitate ꝯñe ꝛ non de necessitate consequētis. Et sic sepe loquitur Boetius ꝛ communiter antiqui doctores. Et hec de ista q̄stione.

A Qõ.xij. ¶ Questio duodecima de materia ꝓdestinationis ꝛ reprobationis.

Utrũ cũ eterna ꝓdestinatione stet ꝓdestinatuz posse dānari.

Circa quadragesimam distinctionē ꝛ sequentē in q̄b9 magister agit de ꝓdestinatiōe saluandoꝝ ꝛ reprobatione dānandoꝝ. Quero vtrũ cum eterna ꝓdestinatione ꝛ reprobatione dei stet predestinatũ posse dannari ꝛ reprobatum saluari.

arguiṫ .i ¶ Et arguitur primo q nō. quia predestinatio vel reprobatio dei est ꝛ fuit ab eterno ineuitabilis ꝛ necessaria. igitur questio falsa Consequentia tenet quia sequitur. predestinatio ē ineuitabilis ꝛ eterna/ ꝛ necessaria. ḡ q̄cũq ꝓdestinaṫ eṫnaliṫ/ ieuitabiliṫ ꝛ necessario ꝓdestinaṫ ḡ nō pt nō predestinari. ꝛ per ꝯñs nec dānari. ꝛc. Sed antecedens patet. qꝛ oē imutabile est necessariũ: sed ꝓdestinatio dei est imutabilis. ꝛ sic de reprobatiōe Igiṫ ꝛc. ¶ Scdo arguiṫ sic qꝛ: ꝓdestinationis vel reprobationis dei est in predestinato vl' reprobato aliqua rationabilis causa. igitur questio falsa. Consequentia tenet. qꝛ questio supponit q ꝓdestinatio vel reprobatio sit eterna. modo nullius eterni aliqd temporale est vel esse potest causa ꝛc. Sed antecedens patet. quia si in reprobato non esset aliqua sue reprobatiōis rationalis causa de9 ipsum crudeliter ꝛ irrationabiliṫ dānaret sine iusticia. igitur ꝛc. ij.ar.

¶ Tertio arguitur sic. quia cuz reuelatione dei facta alicui de sua predestinatione vl' reprobatione non stat ipsum predestinatum posse dānari vel reprobatũ posse saluari. igiṫ. q. falsa. Cōsequētia tenet. quia reuelatio dei non magis excludit cōtingentiam reuelati q̄ predestinatio vel reprobatio dei. sed añs patz. q̄a aliter reuelatio dei facta intellectui creato non esset infallibilis ꝛ certa. quod ē falsuz. igitur ꝛc. 3.ar.

¶ In oppositum est magister in littera. Et ad hoc ē ꝯmunis doctrina catholica. In opp.

¶ In ista questiōe iuxta materiā triũ argumētoꝝ erũt tres articuli. ¶ Primo vtꝝ ꝓdestiatio/ vl' reprobatio dei sit/ vel fuerit ab eterno ieuitabilis/ ꝛ necessaria. ¶ Scdo vtꝝ predestinationis vel reprobationis Decisio q̄stionis.

dei ſit in predeſtinato: vel repro
bato aliqua rōnabilis cā. Ter-
tius vtrū reuelatio dei ſit poſſi
B bilis intellectui creato infallibi
i. arti. lis ⁊ certa ⁊c. ¶ Quātū igit ad
pͥmū articulū pmo pmittēdū
eſt qd nois predeſtinatiōis ⁊ re
probationis. Uñ dico ꝙ pdeſti-
natio eſt diuinū ꝓpoſitū dandi
vitā eternā. Reprobatio vo per
oppoſitū eſt diuinū ꝓpoſitū nō
dādi vitā eternā. Uel ſm aliqs
nō ꝓpoſitū dādi vitā eternam.
Uñ ille dr pdeſtiat⁹ cui de⁹ ꝓpo
ſuit dare vitā eternā. Et ille dici
tur reprobatus cui de⁹ ꝓpoſuit
non dare vitā eternā. Uel ſcðm
aliquos cui nō ꝓpoſuit dare ⁊c.
Et hoc ſatis docet apoſtol⁹ Ro
manorum. ix. Jacob dilexi Eſau
aūt odio habui. vbi cōcludit. er
go cui⁹ vult miſeret ⁊ quē vult
indurat. ideſt non miſeret. vt ex
ponit Auguſtin⁹ libro pmo ad
ſimplicianū. Unde apoſtol⁹ ibi
per diligere idē intelligit quod
velle miſereri. ideſt miſericordi-
ter vitā eternā largiri. Nam de
tali mia ibi pncipaliter loquit
apl's. Ideo electos vocat vaſa
mie. per odire vero idē itelligit
quod velle non miſereri vel non
C velle miſereri. ꝗre ⁊c. ¶ Sꝫ etiā
aliter pōt deſcribi pdeſtinatio/
⁊ reprobatio. ⁊ ſic predeſtinatio
eſt pparatio bñficiorꝫ dei. ſ. gr̄e
in pñti. ⁊ glorie i futuro. Et hec
ſnīa eſt Aug. libro de pſeueran-
tia circa mediū ⁊c. Ita ꝙ prede-
ſtinatio iſto modo ſumpta eſt ꝓ
poſitum dandi gloriā ⁊ alia bo
na ſaltem gratuita ſicut chari-
tas ⁊ merita vite eterne. vel etiā
alia bona ſaltē habētia ordinē
ad vitam eternam ſicut ſunt at
tritio. fides informis. operatio
ſolū moraliter bona ⁊c. Et ſic p
paratio quorūcunqꝫ bonorꝫ vna
cū gloria/vel ſaltē glorie ⁊ gr̄e ⁊
cuiuſlibet boni meritorij vite et-
ne dr pdeſtinatio. Reprobatio
aūt eſt ꝓpoſitū non dādi vitam
eternā. ⁊ nolēdi pro aliquo bo-
no/vel merito dare vitā eternā.
Uñ licet ſcðm Gregoriū ⁊ aliqs
alios ſi reprobatus pſeueraret
in bonis meritorijs ipſe vitam
eternam haberet. qð licet ad ali-
quē bonū ſenſum poſſit concedi
tñ de vtute ſmonis nō eſt verum
Certū eſt tamē ꝙ de multis de⁹
nō vult ꝙ in bonis meritorijs p-
ſeuerēt. Aliter eñ oēs ſaluaren
tur et ideo quicqd ſit de verita-
te talis cōditionalis ſi reproba-
tus pſeueraret in charitate de⁹
daret ſibi vitam eternā. tamen
deus nō vult ꝙ conditio illa im
pleatur. q: ſi vellet vtiqꝫ imple-
retur. quare ⁊c. Ex predictis de
ſcriptionib⁹ ſequuntur aliqua
¶ Primo ex prima ſequit ꝙ da- D
re/vel habere vitā eternam: ſiue
magis ꝓprie loquēdo vita eter
na data / vel habita eſt effectus
predeſtinatiōis. ſed nō dare/vel
non habere vitā eternam in illo
qui tenetur eam habere eſt effe-
ctus reprobationis loquēdo de
effectu large ⁊ ad modū loquen
di magiſtri. ¶ Secūdo ſequitur
cōtra magiſtrū Gregoriū. ꝙ ipſe
ex prima deſcriptione nō debuit
inferre ꝙ nō miſereri ſit effect⁹
reprobationis cū ſit idem quod
reprobatio. Nec debuit inferre
ꝙ vocare/⁊ iuſtificare ſint effe-
ctus predeſtinationis illo mo-
do ſumpte cum ſint idem quod
predeſtinatio: ſed etiā ꝗbuis non

eſſent idē tñ nō pñt poni effect⁹ pdeſtinatiōis niſi ſcdo mō ſum= A pte. ſicut pz intuēti. ¶ Tertio ſequitur ex ſcda deſcriptiōe. q nō ſolū vita eterna. ſed ad min⁹ oia bona gratū faciētia ſūt effectus pdeſtinatiōis. imo ſcdm quoſdā ſpes. fides. vocatio ad fidē xpi. etiā bona opa Cornelij añ ſuſceptionē baptiſmi rc. Quarto ſeqtur q non ſolū non dare/vel non habere vitā eternā. ſed etiā non dare/vel non habere finalē per=ſeuerantiā ſeu p nullo merito: aut quocunq facto eē dignū vita eterna finaliter. eſt effect⁹ re=probatiōis ſed culpa vel pecca=tum a doctoribus cōiter non ponitur effectus reprobationis.

B pma cōcluſio. ¶ His premiſſis ponā tres con=cluſiones ad hunc articulū rñſales. ¶ Prima eſt q qlibet rōna=lis creatura a deo fuit eternali=ter pedeſtinata/ vel reprobata. Probatur. qr cuilibet dabit de⁹ vitā eternā. vel non dabit. qua=re rc. Et hec cōcluſio eſt determinatio Auguſtini. libro de predeſtinatione cōtra pelagianos rc. Ex his ſequitur pmo. q non ſolum quilibet eſt pdeſtinatus vel reprobatus ab eterno. accipien=do predeſtinationē aut reprobationē primo mō. ſed etiā ſecūdo modo. Et iſtud pz prio de predeſtinatis. pro quo ſuppono tria.

C ¶ Primū eſt q non ſtat fieri aliquod bonū quin de⁹ faciat illō. Secundū q nullū eſt meritū niſi deus acceptet illud et velit eē meritum. Tertiū q nō ſtat deū velle aliqd quin ab eterno illud voluerit. Tunc arguitur ſic nō ſtat aliquid eſſe nouiter bonum quin de⁹ ab eterno illō voluerit rc. ſed pdeſtinatio eſt ppoſitum dādi vitā eternā r cetera bona meritoria rc. Igit rc. De repro=batis etiā pz. qr ipi nō ſolū carebūt gl'ia eterna. ſz etiā final' pſeuerātia. nec morient in charita=te vel grā r de⁹ ab eterno hoc or=dinauit. Scdo ſequitur: ſz hoc magis declarabit in ſcdo articulo. q de⁹ nullū pdeſtinauit aut pdeſtinat accipiēdo pdeſtinationez ſcdo mō ppter aliqd bonū aut aliquā cām pulſam in pdeſtinato. ptz qr nō ſtat aliquē nouiter aliquod bonū habere quin de⁹ prius voluerit et ab eterno q illō quādoq haberet. Capio igitur illud ppter quod tu dicis deum predeſtinare. accipiendo pdeſti=nationē ſcdo mō. Tūc arguo ſic tale bonū quo tu aſſignans eſt partialis effect⁹ pdeſtinationis ergo de⁹ non ppter illud prede=ſtinat. añs ptz p qd nois. r cña ſatis ptz. Et ſimiliter pōt argui de probatione ſecūdo mō dicta

D ij. cōclo ¶ Secūda cōcluſio eſt q queli=bet rōnalis creatura a deo pde=ſtinata pt dānari. r qlibet reprobata poteſt ſaluari. Ptz. qr cui=cunq deus dabit graz. r finali=ter gl'iam habere dabit. r p con=ſequēs poſſz nō dare. ergo talis poteſt non ſaluari r damnari: et conſimiliter reprobatus rc.

Hic tamen eſt aduertendū q li=cet pdicta cōcluſio de vtute ſer=monis ſit vera: tamē in ſenſu cō=poſito intellecta eēt falſa. Unde iſta ē impoſſibilis. predeſtinat⁹ dānabit: vel reprobat⁹ ſaluabi=tur. Huis qlibet ſingularis de ſimplici ſubiecto demonſtratiuo ſit poſſibilis. Similiter iſta co=pulatiua ē ipoſſibilis. Iſte ē vel

fuit predeſtinat⁹ ⁊ iſte dannabi
tur. Et iſta eſt determinatio ma
E giſtri. di. xl. ¶ Tertia concluſio
3. ꝯcl'o. eſt ꝙ q̄libet rōnalis creatura a
deo p̄deſtinata pōt nō eē/⁊ nūq̄
fuiſſe p̄deſtinata. ſꝫ eternalit̄ re-
probata. Et ſimilit̄ q̄libet repro
bata pōt nūq̄ fuiſſe reprobata.
ſed eternalit̄ p̄deſtinata. Iſta cō
cluſio ſeq̄tur ex ſcd'a. q: quicūq̄
pōt dānari pōt nō eē reprobat⁹
F ⁊ econuerſo ⁊c. ¶ Ex hac conclu
ſione primo ſequit̄ ꝙ licet iſta ꝓ
poſitio ſit vera. iſte fuit predeſti
natus. tñ non eſt neceſſaria; imo
hec eſt poſſibilis. iſte q̄ fuit p̄de
ſtinatus nūq̄ fuit p̄deſtinat⁹.
Et ita dici pōt de reprobato. et
totum patꝫ ex dictis ⁊c. Secun-
do ſeq̄tur rñſio ad iſtum articu
lū. ꝙ licet p̄deſtinatio dei ſit ne-
ceſſaria: tñ deus non neceſſario/
vel ineuitabiliter/ſꝫ contingen-
ter eſt predeſtinatio. Et ita dici
poteſt de reprobatione. Prima
pars ptꝫ q: predeſtinatio dei eſt
ip̄a dei eēntia. que eſt neceſſaria
Unde iſti termini p̄deſtinatio ⁊
reprobatio ꝓ eodē ſupponunt:
et idē oino iportant in deo. licet
non in creatura ⁊c. Scd'a pars
ptꝫ. q: ſicut deus ꝯtingenter ali
quem predeſtinat: ita reſpectu
cuiuſlibet contingēter eſt prede
ſtinatio. ⁊ poteſt nūq̄ fuiſſe p̄-
deſtinatio. ¶ Et ꝑ hoc ptꝫ rñſio
ad p̄mū argumentū an̄ oppoſi
tum/q: licꝫ p̄deſtiatio dei ſit im
mutabilis ⁊ de⁹ ſit imutabiliter
p̄deſtinatio. nō tñ ineuitabiliter
Uñ licꝫ oē imutabile reale ſit ne
ceſſarium tñ non omne immuta
biliter tale. Nam loquendo de
mutabilitate complexi eo modo
quo dicimus aliquod complexū
mutari de veritate in falſitatē.
aliqđ complexum pōt ſic muta-
ri ⁊ aliqđ non. Et ſic dicendū eſt
ꝙ non oē imutabile eſt neceſſa
rium. Nā aliqđ ē cōplexum qđ
non pōt eſſe primo verū ⁊ poſtea
falſum: nec ecōuerſo/⁊ tñ nō ē ne
ceſſarium ſꝫ ꝯtingens. Et cauſa
eſt. q: quātūcunq̄ ſit/vel fuerit
verum eē poſſibile eſt ꝙ non ſit
verū. ⁊ ꝙ nūq̄ fuerit verū. Uñ
impoſſibile ē ꝙ hec ſit p̄mo vera
iſte ſaluabitur. ⁊ poſtea ſit falſa
vel econuerſo. Et per ꝯſequens
illo modo eſt immutabilis/⁊ im
mutabiliter vera. Et tamen non
eſt ineuitabiliter vera vel neceſ-
ſaria. ¶ Et per hec pꝫ reſponſio H
ad titulū ꝓpoſite q̄ſtionis, ſcilꝫ
qualiter ſtat cum vita eterna dei
⁊c. ¶ Sed contra p̄dicta arguit̄ arg.
primo ſic. quia quandocūq̄ ali-
qua oppoſita ſic ſe habēt ꝙ im
poſſibile eſt vnū ſuccedere alte-
ri ſi vnū ineſt/impoſſibile ē aliđ
ieſſe ſicut quia habit⁹ nō poteſt
ſuccedere priuationi ſi priuatio
ineſt impoſſibile ē habitū ineſſe
ſed eē predeſtinatum ⁊ dānari
ſunt huiuſmodi. ergo impoſſibi
le eſt ꝙ dānari ſuccedat ei quod
eſt eſſe p̄deſtinatum. ⁊ per conſe
quens ſi aliquis eſt predeſtina-
tus impoſſibile ē ꝙ dānetur. Et
conſimiliter pōt argui de repro
bato ⁊c. ¶ Secūdo ſic. p̄deſtina ij. ar.
tus ſiue in libro vite ſcript⁹. non
pōt deleri. igitur nec poteſt dā-
nari. Conſequētia ſatis patꝫ. et
antecedens probatur ꝑ magiſtꝫ
hiſtoriarū ſup illo verbo Moyſi
Exo. xxxij. vbi dicit obſecro do-
mine aut dimitte eis noxā hanc/
aut dele me de libro tuo quem
ſcripſiſti ⁊c. Unde ibi ait magi-

ſter ꝙ hoc ex magna confidentia in deū eſt per impoſſibile dictum quaſi diceret ſicut eſt impoſſibile vt me deleas, ſic oro nõ poſſe fieri qn dimittas ꝛc. ¶ Tertio ſi pdeſtinat⁹ poſſz dãnari ꝛc, ſeqtur ꝙ nũerus electorũ poſſet minui ꝛc. Cõſequẽtia ptz ꝛ falſitas cõſequentis. qa tunc nõ eẽt deo certitudinaliter notus numer⁹ electorum ꝛc. ¶ Quarto ad hoc eſt Auguſtinus, de cor. et gloria predeſtinatorum. Ita certus eſt numerus vt nec addat eis qcꝗ aut minuat ex eis. Et poſt ſubdit probationem ex Apoca.3. tene quod habes ne alius accipiat corouam tuam. Si alius inquit non eſt accepturus niſi iſte perdiderit certus ẽ ergo numerus. Igitur nõ poteſt eſſe maior aut minor ꝛc. ¶ Ad iſta reſpondetur

¶ Ad primũ dico ꝙ de talibus oppoſitis qui reſpiciunt futura contingẽtia non eſt verum quod aſſumitur ſicut eſt in propoſito. Sed dicit Ockam ꝙ in creaturis non poteſt ſimile reperiri ſicut eſt de iſtis oppoſitis pdeſtinari, dãnari, reprobari, ſaluari hoc autem cum ſua reuerentia non ẽ verum, ſcilicet ꝙ in creaturis nõ poſſit ſimile huic inueniri qnando ſimile eſt in ꝓpoſitionib⁹ de futuro contingenti, de iſtis oppoſitis verum, falſum ꝛc. ¶ Ad ſecundum dico ꝙ iſtud verbum deleri poteſt accipi dupliciter. Uno mõ prope. ꝛ ſic deleri de libro vite preſupponit fuiſſe ſcriptum: et deleri de libro idem eſt ꝙ non eſſe ſcriptum ꝛ prius fuiſſe ſcriptū. ꝛ ſic ſcriptus in libro vite non põt deleri intelligendo de his q ſunt ſcripti ſecũdũ eternam pſciaz. nã hoc argueret mutationẽ volũtatis diuie vt pz ꝛc. Alio mõ põt ſumi magis large. vt idẽ eſt deleri qḋ nõ eẽ ſcriptū ꝛ hoc eſt poſſibile de potẽtia abſoluta. Quod ḡ Moyſes fuiſſet deletus de libro in quo erat ſcriptus ſimpliciter impoſſibile fuit in primo ſenſu. ꝛ implicat ꝯtradictionẽ: ſicut patz. ſed non in ſecundo ſenſu ꝛc. ¶ Ad tertiuz reſpondet Ockam ꝙ licet in ſenſu cõpoſito impoſſibile eſt numerꝰ pdeſtinatorũ augeri vel minui qa per hoc ſignatur ꝙ numerus electorꝰ eſt primo maior ꝛ poſtea minor. vel ẽconuerſo. ꝛ hoc eſt iꝑpoſſibile qa talis ſucceſſio nõ eſt hic poſſibilis. ſed in ſenſu diuiſo põt ꝯcedi ꝙ numerus electorum põt augeri vel minui. qa ſcḋm eũ nihil per hoc plus denotatur niſi ꝙ preter iſtos qui nunc ſunt pdeſtinati poteſt aliquis ſaluari, vel de illis aliqs non ſaluari. tñ ex hoc ipſo ꝙ poneret ipſũ ſaluari concedendũ eſſet ꝙ ille fuit ab eterno de numero pdeſtinatorũ ꝛ ꝙ ille non fuit numerus. ſic aliud. ꝛ ſic de reprobatis ꝛ cetera. Tamẽ adhuc illa propoſitio in ſenſu diuiſo poteſt rationabiliter diſtingui iuxta duplicem acceptionem iſtorum terminorum augeri/vel minui. quia vnus ſenſus poteſt eſſe ꝙ numerus electorum poteſt eſſe maior vel minor illo numero qui nunc eſt. vt ſi ſit decem poteſt eſſe duodecim. vel poteſt eſſe octo. et ſic illa eſt vera. alius ſenſus poteſt eſſe ꝙ nõ ſolum poteſt eſſe maior vel minor poſtꝗ fuit minor / vel econuerſo. et iſtum ſenſum proprie videtur facere illud cõſequẽs:

Margin notes: arguit — 4ᵐ arg. — A Ad pᵐū — B Ad ſcḋm — C Ad tertiuz — D

nam augeri ⁊ minui ſpoꝛtāt ſuc-
ceſſionē quātitatū maioꝛū vl'mi
noꝛū. ⁊ ſic illud eſt falſū: nec ſeq̄r
ex antecedēte. vt iā p3 ex dictis
⁊c. Eſt eni ſimile ac ſi dicaꝛ nūe-
rus rerū futurarū nō pōt auge-
ri q̄a non pñt eſſe plures poſtq̄
future ſint nec pauciores: cū nul
la poſſit incipere eſſe futura ⁊c.
ſic in ꝓpoſito null⁹ pōt incipere
eſſe p̄deſtiatus / vel reprobatus
quare ⁊c. ¶ Ad quartū patet. q̄
E Auguſtin⁹ nō loquitur de poſſi
Ad q̄rtū bili / ſed de ineſſe / ⁊ ſimiliter loq̄-
tur de augeri vel minui proprie
in ſecundo ſenſu dato. ſed in pri-
mo ſenſu non loquitur. Nec ex
hoc ſequit ur qui ille numer⁹ ſic
certus: ⁊ deo determinatus ⁊c.
Et ſic patet reſponſio ad p̄mum
articulū queſtionis. ¶ Quantū
F ad ſcōm articulū. Utrū predeſti
ij. articl. nationis / ⁊ reprobationis dei ſit
in predeſtiato / vel reprobato ali
qua rationabilis cauſa. Primo
declarabo hu us articuli ſenſu3
Secundo recitabo vnā r̄ſionē
ad articulum. Tertio tractabo
vnam difficultatē ad ꝓpoſitum
Circa p̄mū ſciēdū eſt q̄ nō eſt in
tentio huius articuli / nec docto-
rum hoc mō loquēdi cōiter vten
tium querere. Utrum in p̄deſtia
to / vel reprobato ſit aliquid qđ
ſit cauſa illius rei que eſt prede-
ſtinatio / vel reprobatio que non
eſt niſi diuina eſſētia ſaltem acti
ue ſumpta. de hoc eni nullus du
bitat: quia certū eſt q̄ illius nul
la eſt cauſa: ſed ſenſus q̄ſtionis.
vtrum propter aliquid predeſti-
natorum / vel reprobatoru3 in cō
plexe vel complexe ſignificatiuū
deus illos eternaliter predeſtia
uit / vel reprobauit: ita q̄ dici poſ
ſit de aliquo q̄ propter hoc vl' ꝓ
pter illud. aut quia ille facturus
erat hoc vel illud ipſe ē p̄deſtia-
tus: aut aliq̄ alio mō [illegible]plifican
di p ꝓpoſitiōes cauſales: q: lic3
ꝓpoſitiōes cauſales frequenter
denotent cauſalitatem vnius rei
ad aliam. non tñ ſemper. ſicut in
alia q̄ſtiōe dictum fuit. igiꝛ ſcōm
hunc ſenſum diuerſi diuerſimo-
de voluerunt aſſignare cauſam
quare iſti vel illi ſunt predeſtina
ti vel reprobati. Quidā eni aſſi-
G gnauerunt cauſā poſitiuā dicē-
i. opi tes q̄ ꝓpter bona opera / vel vſū
bonū liberi arbitrij: quē de⁹ pre
ſciuit aliquos habituros: prede
ſtinauit eos: ⁊ ꝓpter malū vſum
futurum in alijs reprobauit. Et
adhuc inter iſtos ponentes cām
poſitiuam eſt differentia: quia q̄
dam dixerunt propter bonum
vſu3 liberi arbitrij. quo ad actu3
credēdi: alij quo ad illum ⁊ alios ij. opi
actus liberi arbitrij. Iterū aliq̄ 3. opi
dixerunt q̄ bonus vſus lib. arb. iiij. op
dupliciter conſiderari pōt. Uno
modo ꝓut procedit partialiter a
gratia / et eſt bonus bonitate gra
tuita / vel meritoria. et iſto modo
ꝯſideratus nō eſt ſm iſtos cauſa
predeſtinationis ſed effectus.
Alio modo poteſt cōſiderari vt
procedit a libero arbitrio. ⁊ vt eſt
bonus nonitate morali: et ſicut
dicunt eſt cauſa predeſtinatiōis
non de condigno ſed de cōgruo.
Alij autem dicunt q̄ predeſtina v. opi
tionis nulla eſt in predeſtina-
tis cauſa poſitiua: ſed priuatiua
tantum ſcilicet abſētia finalis ḡ
tie per culpam originalem vel a-
ctuale3 reſpectu gratie dei: ſed ſe
cundū iſtos reprobatiōis eſt ali
qua cauſa poſitiua i reprobis. ſ.

ober gr̃e. Un̄ dicūt q̄ in p̄ſo in=
ſtanti quo intuitu diuino offer=
tur aliqs hō. deus vult illi gr̃az
τ ſalutē. τ oēs creat ad illū finez
niſi tn̄ obicē gr̃e reperiat. p̄ quē
homo reddat indign⁹. Et in tali
oblatiōe aliq̄ vident̄ cum obice
gr̃e/ τ indignitate actuali/ vl' ha
bituali ideo reprobantur. Aliq̄
autē offeruntur τ ſi non cum di
gnitate poſitiua tamen ſine in=
dignitate et obice: et ideo pre=
A deſtinantur τc. ❡ His premiſſis
Greg. de arim. contra predictas opiniones po
nit. M. Gregorius/ τ p̄bat diffu=
ſe aliquas p̄pōnes. ❡ Prima ē:
q̄ nullus ē predeſtinat⁹. p̄pter
bonū vſum liberi arbitrij quez
deus preſciuit illū habiturum.
❡ Secūda. nullus eſt p̄deſtina=
tus quia preſcitus fore finaliter
ſine obice hobituali gr̃e. ❡ Ter
tia eſt q̄ quecunq̄ deus prede=
ſtinauit gratis preciſe/ et pure
miſericorditer predeſtinauit.
❡ Quarta eſt q̄ null⁹ eſt repro
batus p̄pter malū vſū liberi ar
bitrij quē de⁹ p̄ſciuit illū habi=
turū. ❡ Quinta eſt q̄ nullus eſt
reprobatus q̄r preſcitus fore fi=
naliter cum obice diuine gratie
B ❡ Sexta pt addi q̄ quecūq̄ de=
us reprobauit ſine quacūq̄ cā
in ipſo reprobato eum reproba
uit. ❡ Prima igitur propō p̄ba
tur. quia aliqui predeſtinantur
qui nunq̄ habebunt vſuz liberi
arbitrij: ſed qua ratione iſti nō
predeſtinantur p̄pter vſū bonū
liberi arbitrij. pari ratione nec
aliqui alij Igitur τc. Cōſequē=
tia patet. Prima pars an̄tis p3
de puulis baptiſatis morienti=
bus ante vſum liberi arbitrij.
❡ Scd'a p3 vel detur rō diuerſi
tatis. ❡ Ad hoc dicūt aliqui q̄ Inſtātia
nō p̄pt vſū quē habuerūt. τc. ſ3
p̄pter vſū quē habituri erāt ſi
vixiſſent τ ad etatē p̄fectā pue=
niſſent. Sed hoc nō valet: q̄r nul Cōfuta.
lus p̄miat̄ a deo p̄pter merita q̄
nec ei⁹ nec alteri⁹ ſūt/ fuer̄t/ aut
erūt. igit̄ nec p̄deſtinat̄ τc. An̄s
p3 p̄ apoſtolū. ij. corin. v. Oēs
inq̄t aſtabim⁹ ante tribunal xp̄i
vt recipiat vnuſq̄ſq̄ ſm ea que
in corpore geſſit. non dicit geſ=
ſiſſet vel habiturus fuiſſet ſi vi
xiſſet τc. Itē ex iſta r̄ſione ſeq̄=
tur q̄ paruulus tantū gradum
glorie reciperet quātū ſi vixiſſ3
vſq̄ ad vſum τc. ❡ Scd'o. p3 p̄
Auguſtinū libro primo ad ſim=
plicianū. Nemo p̄pterea bene
operatur vt accipiat gratiā: ſed
quia accipit. Tertio p3 p̄ apo=
ſtolū Ro. ix. quia non eſt ex ope
ribus ſed ex vocante (vt dictum
eſt) Jacob dilexi. Eſau autem
odio habui. quoꝝ vſ⁹ liberi ar=
bitrij in vno fuit bon⁹. et in alio
nō τc. ❡ Scd'a propō probatur C
quia carentia obicis originalis
vel actualis eſt effectus diuine
predeſtinationis τc. igitur non
quia aliquis p̄uidetur τc. Con
ſequentia videtur nota. an̄s p3
Eph. i. Elegit nos ante mundi
conſtitutionē vt eſſemus ſancti
et immaculati. Confirmatur q̄r
iuſtificatio eſt predeſtinationis
effectus. et tamen exigit vel in=
cludit remiſſionē peccatoꝝ. igi
tur τc. ❡ Scd'o patz q̄r paruuli
morientes poſt baptiſmuz ſunt
ſine obice quia ſunt baptiſati. τ
ideo baptizati q̄r ſunt p̄deſtina=
ti. vt patet per ap̄lm ad Thytū
3. Nō ex opib⁹ iuſticie q̄ fecim⁹
nos: ſ3 ſm ſuā mīam ſaluos nos

Inſtãtia fecit p lauacrũ regeneratiõis.i. baptiſmũ ꝛc. ¶ Ad hoc q̃dã dicunt ꝙ puul⁹ non hꝫ a p̃deſtinatione ꝙ baptizet̃. ſed hoc poti⁹ eſt ſm curſũ nature. Nã ſi puer ex ꝯplexiõe naturali mori debeat ſtatim nat⁹ nõ ꝑuenit ad baptiſmũ. nec hoc ẽ ex aliq̃ reprobatione: ſed deus nõ vult ꝑpter ipm̃ facere nouũ miraculũ. Solutio hoc aũt nõ valet: qꝛ cõtradicit auctoritati allegate in qua dꝛ ſm ſuã miam ꝛc. ꝙ nõ tm̃ ex curſu nature. Tertio pꝫ ꝓpoſitũ p Auguſtinũ in li. de p̃deſtinatiõe ſctõꝝ vltra mediũ. dicentis ꝙ grã dei maxime apparet in paruulis q̃rum alij baptizari, alij non vite hui⁹ terminũ finiũt ſatis ꝓbant miam ⁊ iudiciũ. Ad idẽ eſt expſſa auctoritas Auguſtini in li. de

D bono perſeuerãtie. ¶ Tertia ꝓpoſitio ꝓbatur ex p̃dictis. qꝛ ꝓpter nulla bona in aliquo preuiſa quis predeſtinatur. ſed poti⁹ ad eius p̃deſtinationẽ talia cõſequunt̃. igitur ꝛc. Ad hoc poſſent iduci plures auctoritates.

E ꝛc. ¶ Quarta ꝓpõ ꝓbatur: qꝛ p̃deſtinatus non ꝓpter ſua bona opera predeſtinat̃: igitur nec reprobat⁹ ꝓpter mala opa reprobatur. añs pꝫ ex dictis. ⁊ ꝯña tenet per apl'm qui indifferẽter loquens de Jacob et Eſau dicit anteq̃ꝫ nati eſſent: aut boni aliquid aut mali egiſſent ꝛc. Item Roma. ix. Non eſt volentis neqꝫ currentis ſed dei miſerentis. Et ſequitur. ergo cuius vult miſeretur. et quẽ vult indurat: id eſt nõ miſeretur. vt exponit Augu. ꝓut ſupra dixi ꝛc. Item ad hoc poſſũt induci m̃tre auctoritates Auguſtini. ſed p̃dicta ſatis ſufficiunt ꝛc. ¶ Quinta ꝓpõ ꝓbat̃ F

q̃a querit̃ vnde q̃s habeat ꝙ in fine vite careat obice gratie ſiue pctõ. Uel eñi opꝫ dicere ꝙ a libero arbitrio/⁊ ꝓpria v̓tute q̃ eſt error Pelagij. vel a deo grõs eũ cõuertẽte ad ſe per penitentiam ⁊ remittente pctã. Cum igit̃ oẽs eque facilit̃ ꝯuerteret ſicut vnũ ſm aug. ideo nõ opꝫ aliter r̃ndere niſi: quia ſibi non placet iuxta v̓bum apl'i cuius vult miſeret̃ ꝛc. ⁊ ꝯñs non ꝓpter obicem ꝛc. Et p̃dictas ꝓpões et carum ꝓbatiões valde diffuſe deducit Grego. ri. et ad eas inducit multas auctoritates: ſed totus effectus conſiſtit in predictis. iõ ſufficiant ꝛc. ¶ Sexta ꝓpõ. licet G

eam nõ ponat tñ ſequit̃ ex alijs ⁊ ex eis dictis ſicut patet ꝛc. Sꝫ 1. argu.

contra predicta inſtatur. Primo quia predeſtinatio includit electionem. iuxta illud Elegit nos ante mundi conſtitutionem. ſed electio nõ eſt inter equales omnino: ergo inter electos reperitur diuerſitas propter quaꝫ iſti eligunt̃ ⁊ illi nõ. ¶ Secundo ſic 2. argu.

agens vniuerſale agit in omne quod nõ habet impedimentum pꝫ de ſole ꝛc. ſed de⁹ ẽ agẽs vl'e. vnde illud matthei. v. Solẽ ſuũ facit oriri ſup bonos ⁊ malos: ⁊ per ꝯñs omnibus dat gratiam. ⁊ niſi in illo ſit impedimẽtũ. ꝙ ꝙ aliq̃s careat ſalute: ⁊ ſit reprobatus eſt cauſa. poſitio impedimẽti ab eterno preuiſa: ⁊ per oppoſitum eſt de predeſtinato.

¶ Tertio ſic quia ſicut argui t̃ 3. argu.

ante oppoſitum aliter de⁹ crudeliter ⁊ irrationabiliter dãnaret. ſi ſine cauſa ꝓ libito ſue voluntatis hõies reprobaret. Cõ-

firmaꝛ. q: licȝ in carētib⁹ ſenſu et experiētia mali poſſit artifex ſine iniuſticia ꝛ crudelitate diſponere opa ſua pro libito in honorē ꝛ cōtumeliā ſicut apl's ponit exēplū de figulo ꝛc. tñ ſec⁹ videꝛ in habētib⁹ expientiā boni ꝛ mali ꝛc. ¶ Quarto ad ꝓpoſitū eſt auctoritas Auguſti. lxxxiij. q. q. lxviij. dt. ꝓſus cui⁹ vult miſereꝛ ꝛ quē vult indurat. Sed voluntas dei iniuſta eē non pōt. venit eñ de occultiſſimis meritis ꝛc. Et cōcludit ꝓcedit ergo in peccatorib⁹ aliqd quo (ꝗuis nōdū ſint iuſtificati) digni efficiantur iuſtificatione. et idē precedit in aliis peccatorib⁹ quo digni ſūt obduratione. Confirmatur per mgr̄m diſt. xl. ſi meritū q̄rimus obdurationis ꝛ mie obdurationis inuenimus: mie non inuenimus ꝛc. ¶ Ad iſta reſpondeꝛ ad primū dicendum ꝙ de electione poſſum⁹ loqui dupl'r. Uno mō ſpecialiter prout ſcȝ ſequiꝛ deliberationē ꝛ ſentētiā ꝯſilij ſicut diffinitur tertio ethicoꝝ. ꝙ electio eſt deſiderium conſiliabile Et talis nō cadit inter penitus equalia ante conſilium ſcita eē equalia. et ſic ꝑdeſtinatio nō includit talē electionem nec talis competit deo. vt dicit Damaſ. in libro ſcdo capi. xxxiij ꝛc. Alio mō poſſumus loqui de electiōe large ꝓut libera ꝓacceptio vni⁹ ad alterū dicitur electio. Et hec eſt duplex. quedam ꝓueniēs bonitatē electi. quedam vero ꝯñs. Primo modo predeſtinatio eſt electio: non aūt ſcdo mō. Et illa pōt eē inter oīno eq̄les: ſicut pȝ de figulo in exēplo apoſtoli ꝛc. ¶ Ad ſcdȝ dicēdū ꝙ maior nō ē vniuerſaliꝛ vba ſed hȝ inſtātiam de agente libero. vñ artifex non agit in quālibet partē obiecte ſibi materie de⁹ aūt ē agēs liberrimū. Igiꝛ licet de⁹ ſit agēs vniuerſale in oēs. ſic ꝙ dat oib⁹ aliqua dona gn̄e ſcȝ eē / viuere. cognoſcere ꝛc. ñ aliqua dona gr̄e ſpecia'is dat vni q nō alteri ꝛc. ſicut fidē. gratiā gratū facientē. ꝛ talia q̄ ſūt effect⁹ predeſtinationis ſecūdo modo dicte ꝛc. ¶ Ad tertiū dicendum ſm magiſtrum Gregoriū. ꝙ affligere / ſiue punire non eſt reprobare. nec deus reprobat aliquē vt puniat / nec punit. quia reprobat. ſed q: ille quem punit peccauit / ſiue peccato reus fuit. cui⁹ peccati non fuit cauſa diuina reprobatio. Et ſic ſm eum ꝙ iſte damnatur aliqua cauſa eſt ſcȝ quia peccauit ideo nō irrationabiliter / nec iniuſte / aut crudeliter damnaꝛ. ꝛc. Sed de iſto modo loquendi per tales cauſales poſtea diceꝛ Sed tñ hic dicendū eſt ad cōfirmationē ꝙ illi qui faciunt talia argumēta ꝛ reputant in eis magnā difficultatē nō attēdūt cuȝ debita veneratiōe vba ſacre ſcripture. Nā ſm ſcripturā etiam ſi deus aliquā creaturā eternaliꝛ puniret / vel affligeret ſine eius peccato: vel pure annichilaret nullam iniuſticiam / vel crudelitatem ei faceret. Unde eſt illud Sapien. xij. Quis tibi imputabit ſi perierint nationes quas tu feciſti. Et paulopoſt. cum ſis iuſtus: iuſte omnia diſponis ꝛc. Unde ſignū ē magne ruditatis ꝛ ineruditiōis in ſcripturis facere magnā difficultatē in hoc ſicut coiter faciūt rudes iuriſte. q

ymaginatur deū eſſe obligatū
legibus creatis quaſi aliquid
ꝓprius ſit iuſtū ꝙ̄ de⁹ velit illō
cū tamen oīno ſit ecōuerſo ideo
D tales errant. ꝛc. ¶ Ad quartū
Ad q̄rtū reſpondet magiſter ꝙ credendū
eſt. Auguſtinū illa verba retra
ctaſſe in libro retracta. Sʒ Gre-
gorius oſtendit ꝙ ſalua ei⁹ re-
uerētia illud nō eſt verū. Unde
ad declarationē verboꝝ Augu
ſtini ſciendū ꝙ ſicut ꝯmuniter
dicunt doctores obduratio pōt
capi dupliciter. Uno modo pro
ipſa reprobatione. Alio modo
pro obſtinatione mentis in pec
cato. et ſic nō eſt reprobatio ſed
potius ſequela ei⁹. quia ille cui
deus nō vult miſereri/ ꝛ gratiaꝫ
ꝯferre a peccato non conſurgit
Similiter conſtat ꝙ iuſtificatio
non eſt predeſtinatio. ſed p̄deſti
nationis effectus. Auguſtinus
aūt ibidē accipit obdurationē
ſecūdo modo. ſicut patet per ex
emplū Pharaonis quod ibidē
introducit et ſic nō loquitur de
reprobatione vel predeſtinatio
ne, quare illa auctoritas non ē
E ꝯtra ꝓpoſitū. ¶ Sed vtrū verū
ſit quod dicit Auguſtin⁹. ꝙ in
peccatoribus precedit aliquid
quo digni ſint iuſtificatione ꝛc.
Dicēdum hoc dupliciter poſſe
ītelligi. Uno modo ꝙ illud tale
peccatores habeāt a ſe: ꝛ ſic eſt
illud falſū. Alio mō ꝙ illud ha-
beāt ex p̄ueniēte mīa dei. ꝛ ſic ē
illud verū. ꝛ ē de intētiōe Augu
ſtini vt pʒ ibidē. Sed in p̄mo re
tractat vbi iſta v̄ba recitat illa
nō retractat: ſʒ ſolū dat intelle-
ctū hui⁹ qđ addidit de⁹ nō miſe-
retur niſi volūtas p̄ceſſerit: di-
cit hoc eſſe dictuʒ de mīa que ſe
quit̄ penitētiā q̄ ſcʒ p̄cedit talis
volūtas penitēdi nō aūt de qua-
libet mīa dei. Nā vt dicit̄ ē q̄dam
mīa dei p̄ueniens ipſā volūtatē
ſine qua nō preparat̄ volūtas.
Et ſic eſt Auguſtini intētio ꝙ i
q̄buſdā peccātoribus/ imo ꝛ in plu
rib⁹ p̄cedit aliq̄d quo digni ſūt
iuſtificatiōe. i. de⁹ cōmuniter nō
dat iſtum effectū mie (ſcʒ iuſtifi-
cationē) niſi p̄cedat volūtas pe
nitēdi: ita ꝙ de⁹ miſericorditer
diſpoſuit ꝙ cuilibet habēti ſuf-
ficientē attritionē p penitentiā
dabit gratiam iuſtificationis.
Ideo dicunt aliqui doctores ꝙ
ſufficiens attritio ſemꝑ ſit ꝯtri-
tio ꝛc. ¶ Ad ꝯfirmationē dicen- F
dum ꝙ magr̄ nō accipit ibi ob-
durationē primo modo ſcʒ pro
eterna reprobatione. ſed pro tē-
porali obſtinatione cordis cui⁹
meritū eſt frequēter precedens
peccatū. ſicut pʒ in Pharaone
Quia ſicut dicit Auguſtin⁹ vbi
ſupra ꝓpter credulitatem quaꝫ
exercuit in eis quib⁹ mīa et hu-
manitas debebatur meruit pe-
nam vt induraret̄ ei cor ꝛc. Et
hec eſt intentio verboꝝ Augu-
ſtini allegatoꝝ ſupra ibidē: nec
eſt contra dicta. ſicut patet ꝛc.
¶ His p̄miſſis adhuc circa iſtaꝫ G
materiā vltra illa que determi-
nat magr̄ Gregori⁹ tractāda eſt
vna ſatis vtilis difficultas quā
nec ipſe nec aliquis ali⁹ quem
viderim adhuc euacuauit. ¶ Et
eſt. Utrū deū aliquē p̄deſtinare Queſtio
vl' reprobare ſit ꝯſ̄s alicui⁹ pro vtilis
poſitiōis cauſalis ve. Et circa
hoc primo recitabo vnā poſitio
nē. Scđo declarabo vnū modū
dicendi ꝓbabilē. Sciendum eſt H
igit̄ ꝙ poſitio Ockam circa hāc ockam

materiaꝫ ꝯſiſtit in trib⁹. Primo
eñ diſtiguit ꝙ hoc nomẽ cauſa
a quo denoiat̃ ꝓpoſitio cauſa-
lis dupliciť accipit̃. Uno mõ ꝓ
aliqua re habente aliã rẽ tanꝗ̃
effectũ. Et iſto mõ põt dici cã il
lud quo poſito aliud ponit̃: ⁊ nõ
ponit̃ ſine illo. Alio mõ accipit̃
cã nõ ꝓ re aliqua reſpectu alte-
rius rei. ſed vt denotat quandã
prioritatẽ vni⁹ ꝓpoſitiõis ad ali
am. ſicut ſi dicam⁹. ꝙ cã quare
ignis nõ calefacit eſt qꝛ non ha-
bet paſſum cõbuſtibile ſibi ap-
proximatũ. Et ſic dicit̃ frequen
ter antecedens eſſe cauſa conſe-
quẽtis. ⁊ tamẽ non eſt ꝓprie cau
ſa in aliquo quattuor modoꝝ
cauſandi poſitoꝝ ab Ariſtotele
Et ſic quãdo ab vna ꝓpoſitiõe
ad aliaꝫ eſt bona ꝯña naturalis
⁊ ecõuerſo. tunc põt aliquo mõ
dici ꝙ añs eſt cauſa ꝯñtis. ⁊ non
econuerſo. Ueruntamen dicit ꝙ
hoc vel raro vel nunꝗ̃ ꝯtigit ni
ſi qꝛ in re aliquid ẽ cauſa alteri-
us/vel fuit/aut erit/aut põt eſſe
A ¶ Scdõ dicit ꝙ reprobationis
eſt aliqua cauſa ſeu ratio accipi
endo ſaltẽ cauſaꝫ ſcdõ mõ. Nam
iſta cauſalis eſt vera. qꝛ iſte pec
cabit finaliter. ideo dãnabitur.
Et ad hoc ſufficit ſibi iſta ratio
qꝛ dãnatio non videt̃ michi bo-
na niſi qꝛ iuſta. Nã ſm Auguſti
num ſup Geneſ. deus non ẽ pri⁹
vltor ꝗ̃ aliquis ſit peccator. Ui
deretur eñ eẽ crudelitatis pu-
nire aliquẽ nõ preexiſtẽte in eo
culpa. ergo a ſimili de⁹ nõ vult
prius punire ꝗ̃ videat aliquem
peccatorẽ ⁊c. ergo primus act⁹
volũtatis diuine nõ eſt velle dã
nare iudam prout iudas offer-
tur in naturalibus puris. quia
ſic vellet dãnare ſine culpa. ſꝫ ẽ
velle dãnare iudã ꝓut offertur
volũtati diuine ſub rõne pctõꝝ
Ergo cũ reprobare ſit velle dã-
nare. reprobatio hꝫ ex parte ob
iecti rõnem ſiue cauſã (ſcꝫ culpã
finalem preuiſam) ideo concedit
tales cauſales: qꝛ iſte peccabit fi
naliter ideo damnabitur: qꝛ iſte
fuit peccaturus ideo reprobat⁹
eſt ⁊c. ¶ Tertio dicit tamen ſi-
ne aſſertione. ꝙ alicuius prede- B
ſtinationis eſt aliqua cauſa ſeu
ratio: et alicui⁹ non. accipiendo
cauſam ſecũdo modo. Et hinc i
cauſa ſeu ratio eſt: quia aliqui
ꝓpter merita ſaluabuntur: ꝙ ſi
volũtarie nõ mererent̃ nõ ſalua
rentur. Aliqui autẽ ſolũ ex gra
tia ſpeciali ſunt ordinati ad vitã
eternaꝫ. ita ꝙ ſibiipſis non ſunt
derelicti: ſed preueniũtur ne poſ
ſit ponere obicem/ne perdant vi
tam eternam. Sicut fuit de bea
ta virgine ⁊ quibuſdam aliis ꝗ̃
preueniebantur ſpeciali gratia
dei ne perderent vitam eternam
⁊c. ¶ Imprimis ergo videtur eſ- C
ſe aliqua cauſa predeſtinatiõis
quia ſicut damnati reprobãtur
quia preuidẽtur peccaturi fina
liter. cũ deus non ſit prius vltor
ꝗ̃ aliquis ſit peccator: ita eſt de
quibuſdam predeſtinatis ꝙ pre
deſtinãtur: qꝛ ꝓuidentur finali-
ter in charitate perſeueraturi: ⁊
deus nõ ꝯferret eis vitã eternã
niſi prius mererentur eam. In
ſecundis vero non videtur eſſe
ratio quare predeſtinantur: niſi
qꝛ deus vult ita. Naꝫ quicquid
dat eis. dat vt ꝯſequantur vitaꝫ
eternam. nec pmitteret eis ali-
quid ineſſe quod poſſet eos im-
pedire a vita eterna. Cauſa aũt.

quare iſtos p̄deſtinat ſine ratio
ne/ ⁊ alios ꝓpter rõnẽ nõ eſt ni=
ſi ei⁹ volũtas ſicut cã q̄re beat⁹
Paul⁹ fuit ↄuerſus ſine meritis
p̄uijs: ⁊ alij nõ. fuit ſola diuina
D volũtas. ¶ Si aũt cõtra p̄dicta
1. iſtãtia. dicat̄ ꝙ eodẽ mõ debẽt oẽs p̄de
ſtinati predeſtinari ſicut oẽs re
probi eodẽ mõ reprobant̄. ergo
nõ debet eẽ aliqua rõ quare ali=
qui predeſtinant̄: ⁊ nulla q̄re alij
2. iſtãtia reprobant̄. ¶ Item ſi deus ſine
ratiõe p̄deſtinaret iſtũ ⁊ ꝓpter
rationẽ predeſtinaret illũ. deus
eſſet acceptor pſonarꝫ. ¶ Item
3. iſtãtia. nõ videtur veruꝫ ꝙ ratio quare
predeſtinat iſtũ eſt ꝓpter meri=
ta ſua: q2 ſi iſte nunꝗ̄ habuiſſet
merita ⁊ fuiſſet ſine peccato ori
ginali et actuali fuiſſet ſaluat⁹.
igitur nõ propter ſua merita ⁊c.
4. iſtãt. ¶ Item beata virgo fuit ſalua
ta propter merita ſua igit̄ prede
ſtinationis eius fuit aliqua cau
E ſa ſicut ⁊ aliorum. ¶ Ad hec re=
Ad p̄mũ. ſpondet. Ad primũ ꝙ non omẽs
predeſtinantur eodem modo ſic
ſcꝫ ꝙ oim ſit ratio predeſtinati=
onis/ vel nulloꝝ: ſicut nõ omnes
eodẽ modo receperunt gratiaꝫ.
aliqui enim fuerunt ſanctificati
ante natiuitatem ſuã/ ⁊ alij non.
Et quare iſti et non illi nulla eſt
F ratio niſi volũtas dei ⁊c. ¶ Ad
Ad ſcd̄m ſecundũ reſpondet ꝙ non eſt ac
ceptio pſonarũ niſi quãdo duo
ſunt equales ⁊ aliquid debetur
vtriꝗ̄ et vni confertur: et alteri
non. ſed in propoſito deus nulli
G eſt aliquo mõ debitor: ideo non
ad tertiũ eſt perſonarum acceptor. ¶ Ad
tertiũ reſpõdet ꝙ ꝗ̄uis iſte fuiſ
ſet ſaluat⁹ ſi fuiſſet mortuus ſta
tim poſt baptiſmuꝫ ſine merito
vel demerito. tñ cum hoc ſtat ꝙ

fuit p̄deſtinatus ꝓpter merita:
ſed ratio bñ ꝓbat ꝙ bñ potuit
eẽ p̄deſtinat⁹ ⁊ nõ ꝓpt̄ merita ⁊
hoc nõ ẽ ↄtra dicta. ¶ Ad quar H
tũ rñdet ꝙ beata v̄go fuit ſalua Ad
ta/ ⁊ magis beata ꝓpter merita
ſua. de⁹ tñ ordinauit ꝙ ſic ſalua
ret̄ ita ꝙ p̄ordinauit eã ad vitaꝫ
eternã nõ propter talia media ꝑ
que deueniebat ad eam. Sic igi
tur finaliter concedit ꝙ licet pre
deſtinationis vel reprobatiõis
non ſit in obiecto aliqua cauſa
primo modo dicta: q2 nullũ tale
eſt cauſa alicui⁹ eterni. tñ iſta ꝓ
poſitio de⁹ p̄deſtinat. vl' iſta de⁹
reprobat q̄ fuiſſet ab eterno ve=
ra bene habet cauſam ſecundo
modo eo mõ quo dicitur ãnſ eẽ
cauſam cõſequentis. ⁊ illud an=
tecedens eſt ita eternũ ſicut con
ſequẽs: q2 illud antecedens. iſte
peccabit finaliter fuiſſet ab eter
no verũ ſicut illud conſequens.
deus reprobat iſtum. Et ſic iſte
reſpondet affirmatiue ad diffi=
cultatẽ ꝓpoſitã ⁊c. ¶ Sed licet I
iſta poſitio ſit ſubtiliter/ ⁊ breui Hoc
ter explicata tamẽ non videtur greg
mihi ꝙ euacuat totã difficulta=
tem ſicut poſt patebit. Et etiaꝫ
ſiue vera ſiue falſa ſit. tñ contra
aliqua ibi dicta ſunt illa que ſu
pra dicta ſunt. Unde quicq̄d ſit
de p̄mo dicto de quo poſtea tan
gam. tamẽ Gregori⁹ negaret ſe=
cundũ dictũ. Et ꝗ̄uis ↄcederet
iſtam cauſalẽ q2 iſte peccabit fi=
naliter ideo dãnabit̄. ſicut cõce
dit Ockam. tñ negaret illam q2
iſte peccabit finalit̄ ideo repro=
batur quam alius ↄcedit. Unde K
ſcd̄m Gregoriũ duo ſunt hic di=
ſtincte ↄſideranda. Unum eſt ꝙ
deus non ꝓpoſuit miſereri. huic

⁊ in hoc ꝓprie ↄſiſtit ratio repro
batiōis. Et cur ſic ꝓpoſuit non
eſt aliqua cauſa p̄ter ſuū bn̄pla
citū. ſed ſimplicit̄ ↄcedendū ē cū
apl̄o cui⁹ vult miseret̄ ⁊ quē vult
idurat. i. nō miseret̄. Aliud ē qđ ē
hic cōſiderandū ſcz ꝙ tali cuius
ꝓpoſuit de⁹ nō miſereri p̄para
uit etiā ꝑ peccatis penam debi
tam. Et ideo q̄uis non propter
culpā nolit de⁹ miſereri. i. nō da
re vitā eternā tamen ꝓpter cul
pam vult dare penā. Et ſic cōce
dit iſtam cauſalem. q: iſte pecca
bit deus vult ei dare penā. ⁊ non
iſtā. q: iſte peccabit deus eū re
probat/vel vult nō dare gloriā
A ⁊c. ¶ Item Gregorius negaret
tertiū dictū et diceret gn̄alit̄. ꝙ
nullus p̄deſtinat̄ ꝓpter merita
Et negaret iſtam cauſalē. quia
iſte eſt habiturus merita ideo ē
p̄deſtinatus. imo ↄcederet econ
tra. q: iſte eſt p̄deſtinatus ideo
eſt habiturus merita. Similiter
ↄcedit. ꝙ nō q: deus ꝓpoſuit/ et
voluit alicui dare merita/vl̄ bo
num vſū liberi arbitrij. ideo pro
poſuit ei dare vitam eternā: ſed
ecōtra q: propoſuit dare vitam
eternā: ideo voluit cōſequenter
dare. ⁊c. Et hec diffuſe nititur ꝓ
bare per auctoritates in vna ra
tione per quā ꝓbat primā ꝓpo
ſitionē ſupra poſitā. Et ſic iſte
reſpondet negatiue ad difficul
tatē propoſitam. ſed tamen non
euacuatur cauſa vt patebit. ⁊c.
B ¶ His ergo p̄miſſis volo hic ſi
ne aſſertione declarare vnū mo
dum dicendi apparentem mihi
ꝓbabilem. Unde circa hoc ⁊ ad
maiorē declarationē oīm dicto
rum. Primo notandum ꝙ ſicut
ſupra dictum eſt de ſcientia. ita

Primo
ni do
videri
inſeq

ꝓportionabiliter dici pōt de vo
litione. ſ. ꝙ volitio reſtringendo
eā ad volitionē dei pōt ſumi vno
modo large ſeu ↄmuniter: nō q̄
dem attēdendo iſtā ↄmunitatē
ſm multitudinē ꝑ ſe inferioꝝ vl̄
ſingulariū/q̄ſi ſint plures dei vo
litiones. q̄m volitio dei ſimplex
eſt/⁊ vnica. ſed attēdēdo ſm mł
titudinē volitoꝝ reſpectu quo
rum dr̄ volitio. Et ſic gn̄alit̄ ſu
mēdo reſpectu cuiuſcūqꝫ a deo vo
liti poſſet vocari volitio efficax
ſeu bn̄placitū ⁊c. Alio modo pt̄
ſumi min⁹ generaliter ſolum re
ſpectu futuroꝝ. et ſic poſſet vo
cari p̄uolitio. Alio modo reſpe
ctu p̄ſentis/aut futuri: ⁊ ſic for
te ſumendo nō ſunt noīa impo
ſita que ſint in vſu. Alio modo
poteſt ſumi ſpecialiter reſpectu
eoꝝ que dicunt̄ dona gratuita
ſicut ſunt fides, ſpes charitas.
Alio modo ſpecialius reſpectu
eoꝝ que dicūtur gratuita non
q̄cūqꝫ ſed iuſtificātia/ſicut cha
ritas vel gr̄a/vl̄ gl̄ia. ⁊ reſpectu
taliū poſſet vocari volitio ḡtui
ta/vl̄ beneplacitū gratū faciēs.
Alio modo ſpecialiſſime reſpe
ctu bonoꝝ glorie. et talis poſſet
vocari volitio et̄na ſiue dilectio
eterna: gratificatiua. nō q: voli
tio alio modo ſūpta ſit tēpora
lis. ſed ab effectu iſti⁹ volitiōis.
q: de⁹ vult tale bonū (ſcz gl̄ie) in
eternū manere. Et talis volitio
cōiter vocat̄ p̄deſtinatio. poſſet
aūt circa hoc eē dubiū. ¶ Utrū C
p̄deſtiatio icludat ſolū deū vel Queſtio
le alicui bonū gl̄ie. vel tā bonū
gl̄ie in futuro q̄ bonū gr̄e i p̄nti
Et vtrū tm̄ iſta bona/vel ſimul
aliqua alia. ⁊c. Et licet Ockam ockā op̄
dicat ꝙ predeſtinatio ꝓprie nō

eſt reſpectu alicui⁹ niſi repectu
vite eterne. ita ꝙ vita eterna et
non omne ordinans ad eam eſt
effectus approbationis. tamen
ſicut aliqualiter in primo arti-
culo viſum fuit aliquando ꝑde-
Op. doc. ſtinatio ſumitur large. ⁊ ſic tam
gratia finalis/ ꝗ̃ merita ſunt ef-
fectus ꝑdeſtinationis. ⁊ non ali
quod aliud donũ in preſenti vi
ta collatum. Et ſcḋm hoc diuerſe
poſſunt dari deſcriptiones pre-
D deſtinatiõis. vt ſupradixi. ¶ Se
cũdo notandũ ꝙ iſti termini pre
deſtinatio et reprobatio poſſũt
capi dupliciter. Uno modo acti
ue. ⁊ ſic ſupponunt pro diuino
velle eo modo quo dictũ ē. Alio
modo paſſiue. et ſic ſupponunt
pro effectu voluntatis diuine.
ita ꝙ effectus predeſtinationis
vel reprobatiõis ꝑmo modo di-
cte pōt vocari ꝑdeſtinatio/ vľ re
probatio alio mō. Unde exiſtis
inferri poſſunt aliqua correlaria
E ¶ Primũ eſt ꝙ capiẽdo ꝑdeſti-
natione/ ⁊ reprobatione actiue
ſatis clarũ eſt ꝙ ipſi⁹ nulla eſt
cauſa. qꝛ talis act⁹ diuine volũ-
tatis nulla ē/ vel eē pōt cauſa ſi
cut pꝫ. ¶ Scḋz ē ꝙ capiẽdo ꝑ-
deſtiatione ⁊ reprobatione paſ
ſiue (ſcꝫ ꝓ tali effectu) pōt ꝯcedi
ꝓbabiliter ꝙ ipſi⁹ ē aliqua cau
ſa ſumẽdo cauſã ĩpropꝛie/ ⁊ lar-
ge ꝑut meritũ ſolet dici cauſa
premij/ vel pene. qꝛ de lege ordi-
nata licet non ex natura rei tali
merito poſito ſequitꝛ tale ꝑmiũ
vel pena. Uñ ſic loquẽdo cuiuſ-
libet reprobatiõis paſſiue ē ali
qua cauſa (ſcꝫ culpa) ⁊ alicui⁹ ꝑ-
deſtinatiõis eſt aliqua cauſa ſi-
cut meritũ/ vel gr̃a. et alicuius
predeſtinationis nulla eſt cau-
ſa in predeſtinato ſicut in illo ꝗ
non hꝫ meritũ. Nec eſt inconue
niens ꝙ vn⁹ effectus predeſtina
tionis ſit cauſa vel ratio alteri⁹
⁊ per ꝯñs vna predeſtinatio al-
terius ⁊c. ¶ Tertiũ ē ꝙ capien- F
do predeſtinationẽ vel reproba
tionẽ actiue/ ⁊ large ꝑut prede-
ſtinatio ē reſpectu gratie/ vľ gľie
ſatis clarũ ē ꝙ nõ. qꝛ de⁹ prede-
ſtinauit ideo vult dare gr̃am fi-
nalem. nec ecõtra ꝑtꝫ. qꝛ hoc eſ-
ſet idẽ ſicut dicere qꝛ de⁹ vult da
re gr̃am finalẽ ⁊ gľiam. vult da-
re gr̃am finalẽ vel ecõtra quoꝝ
vtrũqꝫ ē falſũ ſicut ſatis pꝫ ⁊c.
¶ Quartũ ē ꝙ capiẽdo predeſti
nationẽ ⁊ reprobationẽ actiue ⁊
ſtricte ꝑut predeſtinatio ĩcludit
deũ velle alicui dare gloriam/ et
nichil plus. licet ei nulli velit da
re gloriã ꝗn etiã velit ſibi dare
gr̃am in preſenti: tñ poſſum⁹ re-
ſtringere iſtũ terminũ predeſti-
natio vt nõ ſignificet pl⁹ niſi de
um velle dare gľiaꝫ. Et iſto mõ
accipiunt aliqñ doctores. Sic ğ
accipiendo eſt dubium vtrum
quia de⁹ predeſtinat aliquẽ ideo
dat ei gratiã in preſenti/ vel ecõ-
tra (hoc eſt dictu) vtrũ quia de⁹
vult dare gloriã ideo vult dare
gr̃aꝫ finalem/ vel ecõtra. Et iſte
eſt pũctus quẽ q̃rit difficultas.
⁊c. ¶ Unde circa iſtũ pũctũ ſũt
alique difficultates. ¶ Prima ē G
vtrũ deũ velle aliq̃d alicui poſ-
ſit eſſe ꝯñs alicui⁹ vere cauſalis
Et videtur ꝙ nõ. quia ſicut deo
nihil pōt eē cã vt ſit ita nihil ꝑt
ei eē cauſa vt velit/ cũ in eo ſit oĩ
bus modis idẽ eſſe ⁊ velle. Igi-
tur ⁊c. Et ſi iſtõ diceretur pate
ret reſponſio negatiua ad ꝓpo-
ſitam difficultatẽ. Et hec reſpõ

ſio eſſ, tā ꝯ Ockam ꝙ̄ ꝯ Grego-
riū. vt ptz q: q̄libet ꝯcedit aliquā
talē cauſalem lz diuerſimode ⁊c.
A ¶ Scd̄a difficultas eſt vtrū con
ſtio. i cesso ꝙ deuz velle aliquid alicui
poſſit eſſe ꝯn̄s alicuius vere cau
ſalis / an hoc poſſit eſſe reſpectu
antecedentis ſignificantis preci
ſe ſic eē vel non eē de creatura.
Uerbi gratia. reſpectu talis an-
tecedentis ſortes facit / vel faciet
a. ita ꝙ talis cauſalis ſit vera. q:
ſortes facit a. deus vult ꝙ ſortes
habebit. b. Uidere𝔱 eñ ꝓbabile
ꝙ nō ex hoc ꝙ diuinū velle ē cā
cuiuſlibet creature. ⁊ nullo mo-
do ecōtra . Et ſic diceretur ꝙ de
um velle aliquid nunꝙ̄ ſit conſe
quēs in vera cauſali niſi deū vel
le / vel ſcire ſit antecedēs. ſicut di
cēdo quia deus vult ſortem face
re a. ideo deus vult ſortē habere
vel habiturum eē b. Et ſm̄ hunc
modum dicendum eēt ꝙ cuz deꝰ
de facto puniret malos in infer-
no ⁊ per ꝯn̄s velit eos punire q:
non volens nichil facit. ideo ſeq̄
tur ꝙ deum velle punire nō poſ-
ſit eē conſequens in vera cauſali
ad iſtud antecedēs ſortes pecca-
cauit / vel peccabit. Et iſte modꝰ
dicendi michi vide𝔱 ꝓbabilis. et
eſt tam ꝯtra Ockam ꝙ̄ ꝯtra Gre
B gorium ⁊c. vt ptz. ¶ Tertia diffi-
q̄ſtio cultas eſt vtrum deum velle ali-
quid alicui poſſit eē conſequens
alicuius vere cauſalis ſi añs ſit
deum velle / vel ſcire ſicut eſt i ex
emplo iam dicto. Et vide𝔱 ꝙ nō
q̄a cum in actu diuine volunta-
tis nulla ſit oīno diſtinctio / aut
ꝓoritas / aut poſterioritas ſicut
imaginatur Scotus non appa-
ret ratio quare iſta ſit ꝟa. quia
deꝰ vult. a. ideo deꝰ vult. b. plus
ꝙ̄ ecōuerſo. Et iſte modꝰ dicen-
di adhuc eēt tam ꝯ Ockā ꝙ̄ Gre
goriū. ¶ Quarta difficultas eſt C
ꝯceſſo ꝙ deū velle aliquid alicui iiij. q̄ſtio.
ſit ꝯn̄s alicuꝰ ꝟe cāſlis. cuiꝰ añs
ſit deū velle an ſicut deꝰ pōt vel-
le alicui minꝰ bonū q̄ vult ei ma
ius bonū: ita poſſit velle maius
quia vult ei minus bonū. Si eñ
dicatur ꝙ ſic tūc ſicut dicitur q:
deus vult dare gloriaz ideo vult
dare gratiam finalem. ita dicere
tur ꝙ hec eſt poſſibilis. quia de-
us vult dare gratiam finalē. ideo
vult dare gl'iam. et hoc eſt cōtra
Gregoriū. ⁊ pro opinione Ockā
Si vero dicatur ꝙ nō: ſed ꝙ vni-
uerſaliter deꝰ vult ſēp alicui mi-
nus bonū quia vult ei maius. et
nunꝙ̄ econtra. tunc clara eſt re-
ſponſio ad difficultatem propo-
ſitam. Et hoc eſt contra Ockā ⁊
pro opinione Gregorij. Uidere𝔱 D
aūt iſte modus ꝓbabilis ex hoc approba
quia ordinate volens finem ⁊ ea tur vltiā
que ſūt ad finem vult media ad fi op.
nam propter finem . et ideo licet
deus non per prius velit finem ꝙ̄
ea que ſunt ad finem. quia non ē
in deo talis prioritas actuum:
nec talia inſtantia qualia imagi
natur Scotus ⁊c. tamen videbi-
tur ꝙ deus velit ea que ſunt ad
finem propter finem. ⁊ per conſe
quens minus bonum prop𝔱 ma-
ius bonum. Aliter non eēt ordi-
nate volēs. Igitur deus vult ali
cui gratiam et alia que ſunt ad
beatitudinem propter ipſā bea-
titudinez que eſt omniū finis. Et
per ꝯn̄s quia vult alicui gloriam
vult ei gratiaz. Iſti ergo ſunt di-
uerſimodi dicēdi ꝓbabiles iqui
bus apparet pūctus difficulta-
tis et da𝔱 materia exercitatiōis.

Nec videt̃ facile eligere melior̃.
tñ hic aliq̄d dicā ꝓbabilit̃ ⁊c.
E ¶ Tertio ꝙ ꝑncipalit̃ notādū ē.
q̄ꝫ hic facta ē mētio de ꝓpoſitiōi
bus cauſalibus ꝙ iſta dictio q̄a
vel ꝓpt̃/vel alia equalēs faciēs
ꝓpoſitionē cauſalem quandoq̄ꝫ
ſignificat cauſā eſſendi ⁊ denotat
cauſalitatē vnius realitatis re-
ſpectu alteri⁹ in aliquo quattu-
or generū cauſarū. ⁊ ſic facit pro
poſitionē proprie cauſalē vt cuꝫ
dicitur quia ſol lucet dies eſt. et
ſic de ſimilibus que denotāt an-
tecedētis ad conſequens cauſali
tatem propriam. Et de tali cauſa
li ꝓprie dicta pōt dari iſta regu
la ꝙ nulla ꝓpoſitio cauſalis pro
prie dicta cui⁹ ꝯñs ſignat tanq̄
ſignū totale deum aliquid velle
vel intelligere eſt vera. Patꝫ q̄a
ſicut ſupra arguit̃. ſicut nichil ē/
vel eē pōt ipſi deo cauſa ꝓprie
dicta vt ſit. ſic nec vt intelligat.
vel velit ideo ſic vtendo propoſi
tiōibus cauſalibus. ptꝫ clare q̄d
dicendū ad difficultatem ꝓpoſi
tā: ⁊ ad alia ſupra tacta. ¶ Quā-
F doq̄ꝫ vero talis dictio nō ſignat
cām eēndi/nec antecedētis ad cō
ſequēs cauſalitatē propriā. ⁊ ſic
nō facit cauſalē proprie dictā. vt
cum dicitur quia creature ſunt a
deo. deus eſt dominus creatura
rum quia aliqua res in diuis ge
nerat filium. aliqua res in diuis
eſt pater. quia homo eſt ratiōa-
lis. homo eſt riſibilis. q̄a yſoche
les hꝫ tres āgulos equales duo
bus rectis ideo eſt triangulus. ⁊
ſic de ſimilibus. Tales eni ꝓpo
ſitiones ſolent ꝯcedi tam ī theo-
logia q̄ ī philoſophia ⁊ metha-
phiſica. et tamen non denotant
cām eſſendi nec antecedentis ad

ꝯñs cauſalitatem ꝓpriā. q̄a ſic eſ
ſent falſa/vt patꝫ intuenti. ſed ſi-
gnant cām cognoſcēdi vl' añcedē
tis ad ꝯñs ꝯuertibilitatē ꝑ ꝯñaꝫ
mutuā cū ꝯnotationē cuiuſdam
ꝓoritatis inferētis reſpectu illa-
ti ſm noſtrum modū ꝯcipiendi.
Et ad aliquē talē vl' ꝯſimilē itel-
lectū. Et ſic intelligunt̃ cauſales
ſupradicte. Uñ ī oīb⁹ illis ē talis
ꝯña ꝯuertibilis. ⁊ vltra hoc ī añ
cedēte ponit̃ diffinitio/vl' termi-
nus ptinēs ad diffinitionē termi
ni poſiti in ꝯñte. vt patꝫ. ideo eſt
aliqualis prioritatis anteceden-
tis ad ꝯñs propter quā pōt dici
antecedentis cauſa conſequētis.
Et hinc eſt ꝙ tales cauſales con
ceduntur. ¶ Et ſm hunc moduꝫ
loquendi poteſt hec ſecunda re- G
gula poni ꝙ deum velle aliquid/
vel intelligere poteſt eē ꝯñs ali-
cuius propoſitionis cauſalis ve
re. Unde poteſt inferri probabi-
liter reſponſio ad difficultatem
propoſitam contra Gregorium.
ſcꝫ ꝙ aliquem predeſtinare/vl' re
probare poteſt eſſe cōſequēs ali-
cuius propoſitionis cauſalis ve
re. Et pro iſta parte ⁊ cōtra Gre
gorīū arguo ex ꝓprijs dictis ei⁹. H
Nam in queſtione vtrū deus ſit
preſcius futuroꝝ. articlo. 3. in fi-
ne ipſe diſtinguit iſtam. q̄a aliq̄
ſunt futura deus preſcit illa eſſe
futura. Et q̄uis neget eā in vno
ſenſu (vt ſupra patuit) tamen cō
cedit eam in iſto ſenſu quo preci-
ſe denotetur ꝙ quia res ſunt fu-
ture ideo preſcientia dei eſt pre-
ſcientia. Et iſti termini preſcien-
tia ⁊ preſcius verificātur de deo
ita ꝙ illa locutio ſit illo mō cau-
ſalis quomodo iſta eſt q̄a hō eſt
animal ideo hec eſt vera hō eſt

animal. Et ſm iſtum modum lo
quẽdi concedit ꝙ res eẽ futuras
ſit cauſa ſeu cõcauſa vna cũ imen
ſa ꝑfectiõe diuine ſciẽtie ꝙ deꝰ ſit
ꝑſcius vel preſciẽtia. ꝙ de ipõ ve
rificẽtur iſti termini ⁊c. Et ſic cõ
cedenda eſt ipſa cauſalis q: res
ſũt future. ⁊ dei ſcientiã nihil ꝑt
latere ideo deꝰ preſcit illas eẽ fu
turas ⁊c. Sed dicat mihi magi
ſter Gregoriꝰ vel alius ꝓ eo ra
tionẽ quare non põt omnino ꝓ
portionabiliter dici ꝙ quia ſor
tes finaliter peccabit. ideo deus
reprobat ſortem (id eſt non vult
ſorti dare gloriam finalem) ita ꝙ
quia ſortes eſt finaliter peccatu
rus. ideo deus eſt reprobatio et
iſte terminus reprobatio verifi
catur de deo. Nulla enim poteſt
ratio diuerſitatis aſſignari nec
oppoſitũ probant ratiões Gre
gorij. Si autem dicatur ꝙ ratio
diuerſitatis eſt quia in exemplo
ſuo eſt conſequentia neceſſaria
ſed non in iſto ⁊c. hoc non valet.
quia tunc pari ratione nõ debe
ret ipſe concedere iſtas cauſales.
q: ſortes finaliter peccabit ideo
dãnabitur. vel deus vult eum pu
nire. quia deus voluit ſorti dare
vitam ideo voluit ei dare meri
ta ⁊ finalem gratiam. Et ſic de ſi
milibus quas ipſe concedit. vt
ſupra patz. Et conſequentia pa
tet. quia hic non eſt plus conſe
quentia bona et formalis. ꝙ̃ in
exemplo propoſito. vt patet ⁊c.
Quare ⁊c. Et ſint hec dicta ſine
aſſertione de iſta materia. De
qua ſi deo placuerit latius alibi
A dicam. hec eſt de ſcdo articulo.
Articl's ❡ Quantũ ad tertiũ articulum
Utrũ reuelatio dei ſit poſſibilis
intellectui creato infallibilis ⁊c.

❡ Primo ꝓbabiliter ponam tri
plicem concluſionem. ❡ Secun
do ſoluã triplicẽ dubitationem
nihil temerarie aſſerẽdo. Et quia
difficultas huiꝰ articuli nõ eſt de
reuelatiõe veroꝝ neceſſariorum
q: de illis faciliter patz quid eſt di
cẽdũ. ſed de reuelatiõe veroꝝ cõ
tingentium ⁊ maxime de futuro.
ideo ſolum de illis erit ſermo.
❡ Prima ergo concluſio erit ꝙ B
veroꝝ cõtingentiũ de futuro eſt 1. ↄcluſio
poſſibilis intellectui creato vera
reuelatio. ❡ Secunda concluſio
erit ꝙ verorum contingentium ij. ↄcl'o.
de futuro eſt poſſibilis intelle
ctui creato certa/vel infallibilis
reuelatio. ❡ Tertia concluſio 3. ↄcluſi.
erit ꝙ verorum contingentium
de futuro nõ eſt poſſibilis itelle
ctui creato infallibilis reuela
tio. ❡ Ad declarationem autem C
prime concluſionis ſciendum eſt
ꝙ reuelatio poteſt capi mlʼtipli
citer. Uno modo vt reuelare idẽ
importat quod cauſare aliquod
ſignum extrinſecum cauſatiuũ
aſſenſus in intellectu creato. et
ſic deus dicitur reuelaſſe legem
chriſti oĩbus tam fidelibꝰ: ꝙ̃ in
fidelibꝰ: ꝙ̃uis non oĩs aſſenti
ant. Et hec poteſt vocari reuela
tio exterior. Alio modo põt capi
vt reuelare importat idẽ quod cau
ſare aſſenſũ in intellectu creato
de aliquo ↄplexo. Et hoc poteſt eẽ
de ↄplexo vero/vl de ↄplexo fal
ſo. vel aſſẽſu ſine formidie/ vt aſ
ſenſu cũ formidine. Et ſm hunc
modũ concedũt aliqui ꝙ hec eſt
neceſſaria. deus reuelauit ſorti
ꝙ dies iudicij erit/et non depen
det aliquo modo ex contingenti
futuro. Et ꝙ deus põt reuelare
falſum. et poteſt decipere/⁊ fal

ſere creaturā. Et ꝙ non eſt incōueniens ꝙ ille q̄ eſt v̄itas cauſet in aliquo falſitatē. Alio mō pōt capi reuelatio ſpecialiꝰ vt reuelare importat idē qḋ cauſare aſſenſum firmū in intellectu creato de aliq̄ cōplexo v̄o. ⁊ ſic vtar
D inferiꝰ iſto termino: ⁊ pōt vocari reuelatio interior. ¶ Et ſcḋz hūc modū hec eſt cōtingēs deꝰ reuelauit ſorti ꝙ dies iudicij erit / etiā poſtꝙ̄ reuelauit: q2 illa dz exponi ꝙ deꝰ cauſauit in ſorte aſſenſum firmū ꝙ ſic erit et verum eſt quod ſic erit. Modo ſcḋa pars ē
probat. 4. ꝯcluſio contingens. quare ⁊c. ¶ Tūc ꝓbatur ꝯcluſio. q2 quicūqꝫ veraciter preſcit et preuidet futura ſiue vera ꝯtingentia de futuro. et eſt omipotens pōt per ſigna aliqua extrinſeca / vel per ſeipſum ſine talibꝰ ſignis itellectui creato talia reuelare: ſed deꝰ eſt huiuſmodi. Igitur ⁊c. imo de facto ꝙ multa talia reuelauit patet Dan̄. ij. Reuelatum eſt miſteriū danieli. Itē de paulo. ij. Corith. xij. Scio hominē ⁊c. Sequit᷑. Et audiuit archana verba ⁊c. Item de anima chriſti ⁊c. Item aliter nulla eſſet prophetia. Et breuiter iſta ꝯcluſio eſt fide ſupponē
E 2. ꝯclo. da ⁊c. ¶ Ad declarationē ſecunde ꝯcluſionis ſciendum eſt ꝙ certitudo pōt capi dupliciter. Uno modo improprie vt certificare importat firmiter idez ꝙ aſſentire alicui cōplexo: ⁊ quod nō poteſt aliter eē. Et iſto modo ſatis conſtat ꝙ deus non pōt certificare aliquem de aliquo vero de contingenti futuro. Nec reſpectu illius eſt iſto modo poſſibilis certa reuelatio quia hoc includit contradictionē. Alio modo pōt certitudo capi ꝓprie vt certificare importat idem quod firmiter aſſentire alicui complexo vero. Et iſto modo ſatis patz ꝙ licet non ſit poſſibile ꝙ certitudo ſit falſa. tn̄ certitudo pōt eſſe deceptio. Et licet nullꝰ pt decipi p certitudinē tn̄ p certitudinē pt decipi. Et ideo ille q̄ fuit certꝰ pt nō fuiſſe certus: ⁊ illa noticia q̄ fuit certitudo pt fuiſſe deceptio: ⁊ nō certitudo ⁊c. Tūc ergo iſto modo capiēdo certitudinem. ptz ſatis concluſio ex dictis in prima
F ꝓbat 3. ꝯcl cōcluſione ⁊c. ¶ Ad declarationē tertie ꝯcluſionis ſciēdum eſt quid ſit ſignificatum / vel quid nois noticie infallibilis. Unde noticia infallibilis eſt que non poteſt eē falſa ſiue aſſenſus verus quo non eſt poſſibile falli. Falli aūt eſt aſſentire taliter eē qualiter non eſt. vel non taliter eſſe qualiter nō eſt. Tunc ꝓbatur concluſio ꝑ quo ſupponūtur ꝙ intellectus creatus nō cognoſcit formaliter per ipſam diuinā noticiam. Naz ſi hoc poneretur poſſet ſaluari ꝙ poſſet fieri infallibilis noticia intellectui creato ſicut ſibiipſi reſpectu cuiuſlibet veri etiā de contingēti futuro p hoc q2 ſicut futurū contingens pōt nō fore. ita pōt non fuiſſe reſpectu illius noticia / nec vera ſiue falſa. Quod non videtur eodem modo poſſe dici de noticia creata. Unde arguit᷑ ſic. tu iudicaſti noticia creata antixp̄m fore: ⁊ antixp̄us non erit: ergo tu erraſti. et ſic tua noticia creata fuit falſa ⁊ p conſequens non infallibilis. ꝯña ptz ex quid nois: ſed premiſſe ſunt poſſibiles ⁊ cōpoſſibiles quacunqꝫ reuelatiōe

tibi facta circa futuritionē anti
A chriſti.igitur ⁊c. ¶ Unde ad ma=
iorem declarationē huiꝰ mate=
rie pono aliquas propoſitiones
Prima ē ꝙ quodlibet verū de fu
turo ꝯtingēti pt deꝰ abſoluta/⁊
determinata/ſiue limitata reue=
latione intellectui creato reue=
lare. Et iſta intelligēda eſt de re
uelatione non cadēte/ſiue nō ha
bēte reflexionē ſuꝑ ipā3 reuela=
tionē/vel actū mētis:ſ3 ſolū ſuꝑ
extrīſeca de futuro ꝯtingēti imꝑ
tinētia ipi reuelatiōi. Qđ dico ꝓ
pter ſophiſmata que pñt fieri de
iſta.nihil tibi reuelabit'/vl' de ꝯſi
B milibꝰ. ¶ Et hec ſic ītellecta eſt
i. opinio ꝯtra aliqͣs opiniōes quaꝝ vna ē
ꝙ nulla pōt fieri reuelatio abſo
luta đ futuro ꝯtigēti:ſ3 ſolū ſub
ꝯditione aliqua vt pote ꝙ a eue=
niet niſi aliqđ obſtet/vel ſit' mō
ꝓo.op. ¶ Uñ hoc nō valet tū q: ſm hāc
viā deꝰ nō poſſet plꝰ aliqđ certifi
care de futuro ꝯtingenti q̄3 ego.
nā poſſ3 reuelare futurū ꝯtigēs
iſto mō.tū q: deꝰ pt abſolute cer
tificare de illa ꝯditione. ⁊ habet'
ꝓpoſitū ꝙ ꝯſimili modo patuit
de p̄io: vel non pt.⁊ ſic ꝓcedet'
ii.opio. in infinitū.quare ⁊c. ¶ Alia opi
nio ē ꝙ nulla ſit reuelatio a deo
de futuro cōtingenti que ſit ad
vnū ſenſum determinata.q: pre=
ter ſenſum litteralē quem ſermo
verboꝝ pretēdit.ſunt ibi ſenſus
aliȷ̄ ſubintelligēdi. ad quoꝝ ali=
quem referēda eſt locutio.ſi ſen
ſus litteralis nō ſit verus : ſicut
ad ſenſum allegoricū/vel tropi=
cum. Aliquādo ſumit' ſimplici=
ter ⁊ abſolute/aliqñ ſub ꝯditiōe
Et hoc non valet:tū q: oppoſitū
tenendū eſt eē factum ꝓphetis.
Aliter ſm hāc viā licet ꝓpheta
aliqͣs haberet aliquē ſenſum ve=
rū.tñ neſciret illū. qđ ē abſurdū
dicere de oībus ꝓphetis. tū qͣ
deꝰ determiat e nouit ad quē ſen
ſum p̄nūciat aliqđ fore ergo de=
termiate illū ſenſum pt alicui re
uelare. Et qua rōne pt de vno.⁊
D de quolibet.quare ꝓpoſitio vā
⁊c. ¶ Scđa ꝓpō eſt ꝙ quodlibet
verū de futuro ꝯtingēti a deo ſi
ue imediate per ſeipm ſiue ꝑ ſi=
gnū extrīſecū.ſiue abſolute/ſi=
ue aliter qualitercūq3 reuelatū:
eſt ita contigēs poſt reuelatiōe3
ſicut ante.nec q̄cunq3 reuelatio
tollit cōtingētiā reuelati/aut fa
cit ipm neceſſariū. ¶ Et hec ē cō op.irrō=
tra opinionē quā reprobat adā. nalis.
q̄ poſuit ꝙ facta reuelatione ab
ſoluta.qualis facta ē de reſurre
ctione mortuoꝝ/⁊ aliȷ̄s articlis
fidei de futuro cōtingēti.nō pōt
euenire oppoſitū/nec īpediri.et
ratio eſt.q: poſſe contra verita
tē nō eſt poſſe. ¶ S3 hec opinio ꝓro.op.
non eſt ſana. Primo q: ex eo ſeq̄
tur qđ de neceſſitate deꝰ aliquid
ageret ad extra.imo ꝙ omnia de
neceſſitate euenirēt quod eſt cō
tra fidem.Secūdo ſequit' quod
deus potuit aliqua facere que
nunc non poteſt facere.⁊ ꝑ con=
ſequēs ſequit' diminutio poten=
tie diuine ꝯña pt3. quia deꝰ ali=
qua poteſt creare q̄ non creabit
ponatur ergo ꝙ deus reuelet
cras quod illa non creabit vel
faciet abſoluta reuelatione.tūc
cras hec erit vera. deus poteſt
iſta facere ⁊ tamen hec erit vera
deus amodo non poteſt iſta fa=
cere. Et cōſimiliter ſequit' ꝙ de=
us poſſet ſe facere/vl feciſſe nul=
lipotētem:quod eſt abſurdum.
Et ꝯña pz.quia deꝰ anteq̄3 q̄cq̄3

ſcrearet potuit ſolum creare vnā
ſolā creaturā rationalē/⁊ eidem
reuelare ꝙ nichil ammodo crea
ret:⁊ ꝙ ſi peccaret ipſam annichi
laret. Et cū ipſa potuit peccare
ſeq̄tur ꝓpoſitū ideſt ꝙ deus ni=
chil potuit creare. ꝗre ⁊c. Vn̄ ſi=
cut bn̄ dicit adā iſta via magis ē
irrationabilis ꝙ̄ negare abſolu
tas reuelatiōes eē poſſibiles ⁊c.
Tertio ſicut arguit hybernic⁹
ſeq̄tur ꝙ iudas tradēs xp̄m ⁊ Pe
trus negās ip̄z fuiſſent excuſati
a pctō cū eoꝝ pctā fuiſſent reue
lata a xp̄o. q: null⁹ peccat ī eo qđ
vitare nō pōt. Igitur ⁊c. ꝯn̄a pʒ.
q: xp̄s ī cena reuelauit diſcipu=
lis ꝙ iudas traderet ipſum:⁊ ꝙ
Petrus negaret ip̄m. Et ꝑ ꝯn̄s
ſecūdū iſtā viā iſta ab eis caue=
ri non poterant. ⁊ ſic non pecca=
uerūt contra euāgeliū. Mat h.
xxvi. Ve homini illi ꝑ quē fili⁹ ho
minis tradet̄ ⁊c. Quarto argui=
tur ſic. Scientia dei ad intra de
aliquo futuro non tollit ꝯtingē
tiam futuri. igitur nec reuelatio
ad extra: An̄s patʒ ex ſupra di=
ctis:⁊ ꝯn̄a tenet. q: non apparet
ratio diuerſitatis. Similiter ali
ter ſeq̄tur ꝙ deus neceſſitaretur
ad agendū ꝑ aliqđ extrinſecum.
quod eſt abſurdū Et breuiter ex
dicta opinione ſequūtur multa
E inconueniētia ⁊c. ¶ Tertia ꝓpo
ſitio eſt ꝙ ꝗlibet noticia creata
q̄ fuit reuelatio alicuius veri de
ꝯtingenti adhuc futuro poteſt
non eē/⁊ nunꝙ̄ fuiſſe reuelatio
pʒ ſuppoſito ꝙ iſte termin⁹ re=
uelatio importet ꝙ ſit aſſenſus
verus/⁊ de vero. Nam tūc bene
ſequitur demonſtrato tali vero
de ꝯtingenti futuro. hoc nunꝙ̄
fuit verū. igit̄ hec nunꝙ̄ fuit re=
uelatio. Et an̄s eſt poſſibile. igi
tur ⁊c. Et ꝑ hanc ꝓbationē vult
vna opinio ſaluari ꝙ reuelatio
ſit noticia infallibilis ⁊ ꝙ de⁹
non p̄t decipere q: iſte terminus
reuelatio connotat ita fore ſicut
prenūciat̄. ⁊ ideo contingēter eſt
illa ꝓnunciatio reuelatio ita ꝙ
ſi non eueniat illa prenunciatio
nunꝙ̄ fuit reuelatio. Sʒ lʒ iſtud
dictū ſit verum. tn̄ nō ſufficit ad
euadendū difficultatem q: ꝑ hoc
nō vitatur q̄n de⁹ fecerit illū cui
fiebat prenūciatio credere ꝙ ita
eueniet. ⁊ ꝑ ꝯn̄s quin decept⁹ fue
rit: niſi ita eueniat. ꝙ licʒ illa re=
uelatio poſſit non fuiſſe reuela=
tio: tn̄ nō pōt nō fuiſſe iudicium/
vel adheſiua cognitio: vt videt̄
ꝓbabile. Et hoc tenet adā ¶ Vn̄
ꝓbabilit̄ loquēdo ꝑ declaratiōe F
hui⁹ ſit hec quarta ꝓpō. ꝙ queli
bet noticia creata q̄ fuit reuela=
tio alicuius veri de contingenti
adhuc futuro. licet poſſit nō eſſe
aut non fuiſſe noticia vera/vel
de vero. tn̄ non poteſt non fuiſſe
noticia iudiciaria ſiue adheſio.
pʒ ſuppoſito ꝙ preteritū nō po
teſt non fuiſſe. qđ cōmuniter te=
netur: ꝙ̄uis oppoſitū ſit ꝓbabi
le. vt ſupra declaratū eſt. hoc eñ
ſuppoſito apparet michi ꝙ ſi cō
cedatur ꝙ talis noticia pōt non
fuiſſe noticia vel iudiciū poſtꝙ̄
fuit: pari rōne erit cōcedendum
ꝙ ipſa ſimplicit̄ poteſt non fuiſſe
et ſic de quolibet p̄terito. Et ſic
apparet ratio diuerſitat̄. ¶ Et
ſi dicatur ꝙ ſicut conceditur ꝙ ta= inſtātia
le iudicium poteſt non fuiſſe iu=
dicium verū: pari facilitate pōt
concedi ꝙ tale poteſt non fuiſſe
iudicium. ¶ Dico ꝙ licet eque G
facile poſſet vnum ſuſtineri a cō Solutio

tradictiōe ſicut aliō.ſicut al's de
claratū eſt.tñ tenēdo ꝙ ꝓterituʒ
nō ꝑt nō fuiſſe:ꝛ futuꝝ pōt nō fo
re.primū eſt ꝯcedēdū/ꝛ nō ſecun-
dū.Et ratio diuerſitatis eſt. q̄a
ꝙ tale iudiciū fuerit veꝝ depen-
det ex futuro contigēti:ſʒ ꝙ tale
iudicium fuerit nullo modo vi-
detur depēdere ex futuro plꝰ q̄ꝫ
ipſum fuiſſe creatuʒ ꝛc. ¶ Si ve
Inſtātia ro dicatur ꝙ ſicut conceditur ꝙ
iudicium diuinū nō ſoluʒ poteſt
non fuiſſe verum reſpectu futu-
ri.imo poteſt nō fuiſſe iudicium:
pari facilitate poteſt concedi qđ
iudicium creatum reſpectu illꝰ
contingentis futuri poteſt non
fuiſſe iudicium de ſic fore.¶ Di-
A Solutio co ꝙ licʒ eque faciliter poſſʒ vnū
defendi a contradictiōe ſicut ali-
ud.tamē ratio diuerſitatis qua
re ꝓmū rōnabiliter ponitur:ꝛ nō
ſecundum eſt iſta .quia cum deꝰ
non poſſit iudicare falſum:diui-
num iudiciam / ſiue iſte terminꝰ
iudicium increatum importat qđ
ſit verum.ideo deuʒ iudicaſſe an
tichriſtum fore dependet ex futu
ro contingenti.ita quod ſicut cō
tingens eſt antichriſtum fore.ita
contingens eſt deum iudicaſſe.ſʒ
non ſic eſt de iudicio creato.quia
qua ratione ſic eſſet de vno:pa-
ri rōne ita eſſet de quolibʒ:quod
eſt falſū.¶ Et ideo de nullo intel-
lectu q̄ iudicauit antixp̄m fore cō
cedendum eſt ꝙ poteſt non iudi-
caſſe.niſi de ſolo intellectu diui-
no.Quia de illo ſolo iſta ꝯña eſt
bona.iſte intellectus ſic iudica-
Inſtātia uit.ergo ſic erit.¶ Si autē dica
tur ꝙ imo talis ꝯña eſt bona de
aliquo intellectu creato.ſ.de in-
tellectu/vel aīa xp̄i.¶ Dico pro
B Solutio babiliter ꝙ non valet abſolute

talis ꝯña.q: qua rōne valeret de
ipſo et de q̄libet alio eiuſdē ſpēi
etiam ſi illa anima eſſet a verbo
non valeret illa conſequētia ꝛc.
Ex iſtis ꝙ oībus pʒ ꝓbabilr̄ il-
lud qđ eſt intentū.ſ.ꝙ nulla noti
cia creata/vel creabilis eſt ſim-
pliciter infallibilis reſpectu fu-
turi contingentis. q̄a ex quo ta-
lis fuit nō pōt nō fuiſſe iudiciuʒ.
ꝛ tñ pōt non fuiſſe iudiciū verū.
ergo ꝑt fuiſſe iudiciū falſū. Añs
paʒ ex dictis:ꝛ ꝯñs.q: inter ve-
rū ꝛ falſū in propoſito nō eſt me
dium ꝛc. ¶ Sed cōtra predictam C
propoſitionē ꝛ alia dicta eſt vna Opinio
opinio ad quā videtur declina- quam de
re magiſter Gregoriꝰ: quaʒ vult clarat
ſaluare / ꝙ aliqua talis noticia grego.
creata ſicut diuina reuelatio ſit
infallibilis de facto/ per hoc ꝙ
talis noticia poteſt non fuiſſe ſi-
gnificatiua:aut non ſic ſignifica
tiua illius quod ſignificauit/ſeu
ipſam non fuiſſe aſſenſum/vel iu
dicium illius futuri.Sicut dicē-
dum eſſet ꝙ iudicium quo iudi-
ci petrum ſedere ſi conſeruare-
tur in me poſtq̄ꝫ Petrus ſurrexiſ
ſet non amplius eſſet iudiciū/vel
nō eſſʒ iudiciū quo iudicarē Pe-
truʒ ſedere.Unde dicit poſtq̄ꝫ de
us ſignificauit ꝑ aliquod dictuʒ
a.fore:poſſibile eſt deū nunq̄ꝫ vo
luiſſe ſignificare ꝑ ſuū dictū a.fo
re.ꝛ per conſequēs nūq̄ꝫ dixiſſe a
fore.quare ꝛc.Et licʒ Gregorius
non probet iſtam opinionē.ta- D
mē ꝑ ea.ꝛ cōtra dicta poteſt for- Improba-
titer argui.¶ Primo ſic.q̄a vide baꝛ ꝑdi.
at clare aliqua creatura ratiōa- opi.
lis in verbo aliquod futurum cō
tingens fore.Arguitur ſic.Iſta
viſio / vel creata noticia poteſt
nunq̄ꝫ fuiſſe noticia:vel aſſenſus

Igitur ⁊c. conſequētia tenet. qꝛ iſte ē modus ſaluandi diuinā noticiā eſſe īfallibilē: reſpectu cōtingēter futuroꝝ. Añs pȝ. qꝛ verbū pōt nūꝗ̄ ſibi rep̄ſentaſſe illud fore. ergo talis catura pōt nūꝗ̄ aſſēſiſſe vel iudicaſſe illud fore. q̄re ⁊c. Añs apparet. qꝛ ſequitur. a. non erit. ergo verbuȝ non repreſentauit ⁊c. Si vero dicatur ꝙ ex hoc ꝙ talis noticia poteſt nō fuiſſe aſſenſus ⁊c. non habetur ꝙ illa noticia ſit infallibilis (id eſt non poſſibilis eſſe falſa) ſed tātū habetur ꝙ poteſt non fuiſſe falſa. Dicetur ad hoc ꝙ noticia infallibilis habetur iſto modo.

Si eñ eſſet aliqua noticia creata q̄ ſic rep̄ntaret aliquod futurum fore ꝙ ſi ipſum non foret, nō amplius rep̄ntaret/ nec vnꝗ̄ repreſentaſſet: et ſi foret ipſum repreſentaſſet ita ꝙ poſſet ipſum repreſētaſſe/ et poſſet ipſum non repreſentaſſe. ſicut illud poſſet fore/ et poſſet non fore. illa eſſet infallibilis ſicut ſaluatur de noticia diuina: ſed talis videtur noticia in verbo ⁊c. ¶ Unde ad hoc probandum arguitur ſecūdo ſic qꝛ noticia creata in verbo vt exemplum ſibi ſubordinatū īſignificando non repreſentat niſi quia verbū vult eā ſic rep̄ntare/ et libere vult/ pōt nunꝗ̄ voluiſſe eā rep̄ntare: ergo illa poteſt nūꝗ̄ repreſentaſſe. Et conſequens ſequitur ꝙ deus poteſt facere aliquā noticiam/ vel aſſenſum ſubordinatum omnino diuine noticie ſicut vox vel ſcriptum ſubordinatur enunciationi mentali Et per cōſequēs ſicut diuina noticia pōt nō rep̄ntaſſe a fore. ita illa noticia creata ei ſubordiata. quare ⁊c.

E ij. improbatio.

Si vero dicatur ꝙ talis noticia naturalr̄/ ⁊ nō libere rep̄ntat ⁊ rep̄ntauit. q̄re ⁊c. Dr̄ ꝙ etiaȝ noticia naturalr̄ rep̄ntat ſibiipſi a. fore. ſic. ſ. ꝙ pōt nō rep̄ntare. ſed illud debet fore ſi autē intelligitur naturaliter abſolute falſum eſt ⁊c. ¶ Tertio arguitur ſic. q̄a non implicat contradictioneȝ talem noticiam que dicta eſt eſſe a deo vel fieri. immo oppoſitū dicere derogat potētie dei. Nec ad hoc ſequitur preterituȝ nō fuiſſe ſicut oppoſita opinio videt̄ ſupponere. igitur ⁊c. Conſequentia patet ⁊ antecedens apparet. Nā ſine deperditiōe alicuius rei de noticia vel aſſenſu poteſt fieri nō noticia vel aſſenſus. Nam ſecundū illos qui ponunt ꝙ ad hoc ꝙ aliquid ſit noticia intellectui requiritur ꝙ ſit ab eo effectiue. illud quod eſt noticia poteſt deſinere eſſe noticia ſine deperditione alicuius rei. ſcilicet ſi cōſeruaretur a ſolo deo ⁊ non ab intellectu creato. Et per conſequens ſicut talis noticia poteſt non fuiſſe a tali cauſa ita poteſt non fuiſſe talis obiecti vel poteſt ſimplicit̄ nō fuiſſe noticia abſꝗ̄ hoc ꝙ concedatur ꝙ aliqua res preterita poſſit non fuiſſe ſicut patȝ ⁊c.

F 3. improbatio.

¶ Quarto arguitur ſic. aīa xp̄i habet talem noticiam creataȝ infallibileȝ. igit̄ ⁊c. Añs probatur. q̄a ſuppono ꝙ verbū non eſt ſibi formalis cognitio. et ſuppoſito ꝙ oppoſitū dicat̄. tamen illa anima pōt ⁊ potuit producere noticiam creatā cōformeȝ illi noticie increate. Sed ſi talis noticia increata non eſſȝ infallibilis ſequitur ꝙ xp̄s pōt/ ⁊ potuit falli: et p̄ ꝯñs p̄ cōicatione idyomatum ꝙ

G iiij. improbatio.

verbū diuinū pōt falli falſitate
create noticie. qđ videt̄ abſurdū
q̄re ⁊c. Et ita pōt dici de q̄lʒ no-
ticia in v̄bo ⁊c. Iſte rōnes ſunt
difficiles: et opinio iſta ſubtilis
⁊ eēt valde rōnabilis. ſuppoſito
q̄ ꝯcederet̄ preteritū poſſe non
fuiſſe. quod ita faciliꝰ poſſet de-
fendi a ꝯtradictione ſicut futu-
rum poſſe nō fore. ſicut ſupra di
ctū eſt. Sed ſi hoc nō concedat̄
nō video q̄ iſta opinio poſſit rō
A nabiliter ſuſtineri. ¶ Vnđ ꝯtra
Alia im- hãc opinionē ꝓpter illa que ſu-
probatio pradicta ſūt facio talē rōnē. Po
no enim q̄ angelus Gabriel vi-
dit in verbo incarnationē xp̄i fu
turam. nec hoc aliunde/ vel alio
modo viderit q̄̄ in verbo. ita q̄
ex illa viſione/et non ex alia cau
ſa ipſe habuerit vnū gaudium ⁊
vnā dilectionē/⁊ venerit ad Ma
riā ⁊ ſalutauerit eā ſicut ſcriptu
ra dicit. Tūc ſimus in tempore
medio inter ſalutationem illam
⁊ incarnationem tunc futuram.
et arguitur tunc ſub tali forma.
Chriſtꝰ non incarnabitur: ergo
Gabriel hoc non vidit in verbo.
Iſta conſequentia per aduerſa
riuʒ in illo tempore medio erat
neceſſaria quia verbū nō repn̄-
tauit aliquid fore niſi qđ futuꝝ
fuit. ⁊ añs erat cōtingēs in illo
tempore. ergo ſimiliter ⁊ ꝯñs. ſi
cut etiaʒ concedit predicta opi-
nio. Et per ꝯñs etiā ſequitur q̄
iſta erat contingens Gabriel ha
buit gaudium/vel leticiam. Ga
briel venit ad mariam et ſaluta
uit eam. Conſequentia tenet ꝑ
poſitum. quia Gabriel aliā cau-
ſam gaudēdi/vel veniēdi nō ha
buit niſi quia in verbo ſic vidit
ergo ſi poteſt non vidiſſe poteſt
non veniſſe. Et ꝯſilr pōt dici de B
quolʒ p̄terito. q̄re ⁊c. ¶ Ad hãc i. euaſio.
rōnē ſicut diuerſimodi euadēdi
Prima via ē q̄ gaudiū Gabrie-
lis qđ eſt ⁊ fuit gaudiū in. b. gra
du nō potuit fuiſſe intentius/vel
remiſſius/vel nō fuiſſe gaudiuʒ
in tali gradu ſicut dicūt aliqui.
immo illud gaudiū poteſt ſim-
pliciter non fuiſſe gaudiū. ita q̄
non ſolum hec eſt contingens.
Gabriel habuit gaudium in. b.
gradu. immo hoc modo eſt con
tingens. Gabriel habuit gaudi-
um. Vnde dicit hec opinio. q̄ li-
cet neceſſariū ſit q̄ illa res ſiue
illa paſſio fuerit. tñ poteſt non
fuiſſe gaudiū. Nec hoc debʒ vi-
deri mirabile (vt dicit) q̄a talis
paſſio nec eſt dilectio/vel gaudē
um niſi cū coniūgitur cū cogni
tione mediante qua cauſatur. S;
ſicut eſt poſſibile q̄ iſte non ha
buit viſionem. ita eſt poſſibile q̄
talis paſſio quā habuit nō fuit
gaudiū ſi eēt in mente et mens
nichil cognoſceret. Nam mens
gaudere non pōt ſine cognitiōe C
vt patet q̄re ⁊c. ¶ Sed hanc viā Impro-
diffuſe reprobat adam in tertio batio p̄-
quo ad vtrãq; partē. ideo tranſ- dicte eua-
ſeo. tamē hec via difficiliter ap- ſionis.
paret falſa. per hoc q̄ ſm caſuʒ
poſitū illud gaudium p̄ciſe fuit
cauſatum ex hoc q̄ Gabriel vi-
dit ſic fore. ergo ſi poteſt hoc nō
q̄̄ vidiſſe ſequitur q̄ ſicut pōt
per ſe non habuiſſe gaudiū. ita
poteſt nō habuiſſe illam paſſio
nem cum ipſa eēt ab eadē cauſa
Et ſic iſta via nō euadit difficul D
tatē. quare ⁊c. ¶ Secunda via ē ij. euaſio
quã podit hybirnicus q̄ gaudi
um Gabrielis pōt non fuiſſe ab
alia viſiōe ſed ex alia cauſa. ita

ꝙ licet Gabriel habuerit gaudi
um ⁊ venerit ad mariā q: vidit
⁊c. tñ in illo tpe medio ē poſſibi
le ꝙ nō habuerit gaudiū: nec ve
nerit ex iſta cauſa ſed ex alia. vñ
dicit ꝙ in illo tpe medio iſta cō
ſequētia nō valet Gabriel nō vi
dit in vbo xpm fore incarnendū
ergo non habuit gaudiuz. vel ergo
non venit ad mariā: nec ſaluta
uit eam. Quia licet de facto nō
venerit ex alia cauſa. tamē ſem
per in illo tempore medio poſſi
bile eſt ꝙ venerit ex alia cauſa.
ideo ex iſta que eſt contingens
Gabriel non vidit. ⁊c. nō ſequit.
Unde concedit vlterius ꝙ in il
lo tempore medio hec fuit ſim
pliciter contingens Gabriel nō
E fecit iſta facta quia viderit deū
Improbatio ſecūde euaſionis. incarnandū ⁊c. Sed hec via non
ſufficit quia ex ea ſequitur ꝙ in
poteſtate beate virginis fuiſſet
ꝙ nūꝙ Gabriel preuidiſſet xpm
incarnandum. Et breuiter licet
adā multiplr impugnet iſtam
viam tamē contra ipam ⁊ ſupra
dictam ſufficere dz iſta ratio Q:
pari ratiōe qua tu dicis ꝙ gau
dium Gabrielis poteſt nō fuiſſe
a tali cauſa et illi actus poſſunt
fuiſſe ab alia cauſa. pari ratiōe
potero dicere ꝙ illi actus ſim
pliciter poſſunt nō fuiſſe ⁊c. Ul
ſaltem ſicut tu dicis ꝙ illi act9
poſſunt non fuiſſe ab illa cauſa
ſed ab alia. ita dicam ꝙ Sortes
poteſt nō fuiſſe a patre ſuo ſz ab
alio. ⁊ ꝙ pater eius pōt nō fuiſ
ſe pater eius ſed vnus alius ⁊c.
Et ita de quolibet effectu ſecū
de cauſe ⁊c. q̄ oīa ſūt abſurda ⁊c
F ¶ Ideo dicēdū eſt in hac mate
Docto. reſolutio ria ꝙ ſicut viſio Gabrielis nō pt
nō fuiſſe ſic non pōt nō fuiſſe vi
ſio nec pt non fuiſſe iudiciū / nec
gaudiū ei9 pōt nō fuiſſe gaudiū
ab illa cauſa a q: fuit. ſiue de il
lo obiecto. Et q: vidit in verbo
xpm incarnādum. ideo habuit
gaudiū ⁊ leticiā. ⁊ venit ad Ma
riā ⁊c (id eſt) q: ſic firmiter ⁊ ſine
dubitatiōe credidit. ⁊ nō qrere
iudicauit. ita ꝙ illa viſio ei9 in
quātū erat firmū iudiciū de ſic
fore. ⁊ non quaten9 erat reuela
tio in vbo ſiue verꝝ iudiciū fuit
cauſa illoꝝ actuum. q: illa viſio
poterat in illo tpe medio nō fu
iſſe verꝝ iudiciū ſiue reuelatio. ⁊
tñ nō poterat nō fuiſſe iudiciuz
ſiue cognitio de tali obiecto. vñ
ptz ꝙ ꝓ illo tpe medio lz nō de
potētia ordinata tñ de potētia
abſoluta hec erat poſſibilis Ga
briel errauit. Gabriel in verbo
falſe iudicauit. Gabriel fr̄e enū
ciauit. Nec tñ ꝓpter hoc ſequit
ꝙ hec eēt poſſibilis Gabriel mē
titus fuit vel mendax nūcius ex
titit poſitis preciſe his que pri9
Ratio eſt. quia non dixiſſet ali
quid contra ſuam conſcientiam
quod requiritur ad mēdaciū ⁊c
¶ His premiſſis reſpondeo ad G
rationes prius factas. Unde ꝓ Ad pmi
ſolutione prime / et declaratione
dictoꝝ ⁊ dicendoꝝ prius viden
dum eſt quid eſt aliquid videri
ſiue repreſentare in verbo. Unō
dico ꝙ hoc nihil aliud ē ꝙ ver
bum diuinum cauſare vnū actū
qui ſit clara viſio verbi ſeu re
preſentatio. ⁊ ſiml' cauſare vnuz
actum qui ſit repreſentatio al
terius a verbo. ita ꝙ verbū ſup
pleat vicem obiecti quo ad effi
cientiam et non alio modo. ⁊ ſic
illa viſio dicitur eē viſio / vel re
preſentatio in verbo. quia vbū

ſemper ſimul illa viſione videt:
ꝛ a verbo imediate cauſat ſiue
per eādē viſionē/vel eūdē actuz
videat verbum ꝛ creatura ſicut
tenet Adā/ſiue nō ſicut tenēt il
li q̄ dicūt nō eē poſſibile ꝙ vni-
co actu diſticte videat deꝰ ꝛ crea
tura ꝛc. ¶ Ex hoc primo patz ꝙ
A vbū nō dicit aliq̄d repn̄tare cre
ature: q2 ſit illud quo formaliter
creatura cognoſcit/vel etiā pci-
ſe q2 ſit illud quo cognito recor-
datiue creatura aliq̄d aliud co-
gnoſcit ſicut imago repn̄tat illō
cuiꝰ ē. ꝛ lz vbū poſſit hoc mō re
preſentare. non tamen ſolum ſic
poteſt repn̄tare. Un̄ nō ē imagi
nandū ſicut multi credunt. ꝙ cā
videndi creaturaz i verbo ſit q2
verbū eſt imago: vel ydea ipſiꝰ:
et eodē actu quo videtur ydea
videtur ydeatū: ſed q2 volunta-
rie cauſat viſionez creature mō
B ſupradicto. ¶ Ex quo ſecūdo ſe
quitur ꝙ vidēs verbū nō neceſ-
ſario videt oīa q̄ verbum videt
ſed ſolū illa quoꝝ viſionez vult
in eo cauſare. imo non credo ꝙ
aliqua creatura poſſit diſtincte
videre oīa q̄ verbum videt. ſicut
alias ſpecialit declarabo de aīa
xp̄i de qua magiſter videt oppo
Inſtātia ſituz dicere in tertio libro. ¶ Si
aūt dicatur ꝙ deus eſt cognitio
cuiuſlibet creature. ergo ſicut
vnus angelus videndo in men-
te alteriꝰ iſtaz ꝓpoſitionem hō
eſt animal poteſt eē certus ꝙ il-
le format talē ꝓpoſitionez. Ita
videndo diuinā cognitionē pōt
certificari ꝙ deus aſſentit ꝙ an
tixp̄s erit: et per ꝯñs ꝙ antixp̄s
erit. Et ita poteſt argui de q̄libz
Solutio alio vo. igit ꝛc. ¶ Ad hoc dico
cōcedēdo aſſūptū ꝛ negādo ſili

tudinē: ꝛ vltimā ꝯñam. Et rō eſt
q2 ꝓpō quā videt angelꝰ ē reali
ter in mente angeli. ſz non eſt re-
aliter in deo. ſed ſoluz obiectiue
iō itelligēdo cognitionē diuinā
nō intelligit q̄cq̄d illa cognoſcit
¶ Tertio patet ex p̄dictis ꝙ ali C
quid reuelari in verbo aliquid i
portat pluſq̄ repn̄tari in verbo
Patet. q2 vltra illud iportat ꝙ il
la reuelatio ſit vera/et certa re-
pn̄tatio/ꝛ de vero. vt patet ꝛc.
¶ Quarto pz ꝙ aliq̄d fuit repn̄
tatū in verbo qd̄ pōt non fuiſſe
reuelatū i verbo lz nō poſſit nō
fuiſſe repn̄tatū in vbo. pz ex di-
ctis ꝛc. Tūc ad formaz ptīe rōis
negatur añs ſicut patz ex dictis
Et ſimiliter negat añs: ꝛ ad pro
bationē negat ꝯña quia in caſu
añs eſt poſſibile: ꝛ ꝯñs ipoſſibi-
le ꝛc. ¶ Ad ſcd̄az q̄cq̄d ſit de pri D
ma parte añtis nego ſcd̄am. Et Ad ſcd̄m
dico ꝙ neceſſario vult eaz repn̄-
taſſe/nec poteſt nō voluiſſe cau
ſaſſe/nec ē poſſibile q2 ſic aliqua
noticia creata ſit oīno ſubordi-
nata diuine noticie. ꝙ ſicut diui
na noticia poteſt nō repreſentaſ
ſe ꝛc. ſic poſſit noticia creata.
Ratio ē illimitatio vel imēſitas
noticie diuīe ꝛ limitatio noticie
create. ¶ Ad tertiā nego p̄maz
partē añcedētis ſicut patuit. et E
ad ſcd̄az dico ꝙ ſiue ex hoc eui- ad tertiā
dent ſequit p̄teritū nō fuiſſe/ſi-
ue nō: tn̄ eque facilit ſuſtinebit
preteritz non fuiſſe ſicut iſtud
vt patet intuenti. Unde ad pro-
bationem illius antecedentis.
Adam negaret aſſūptuz. q2 ipſe
tenet ꝙ illa noticia nō poſſet eē
in potentia apta iudicari per
eam/et non eſſe ſibi iudicium.
Et reputat ſimpliciter impoſſi-

bile ꝙ illud accidens quod eſt:
noticia: vel volitio poſſit foama
liter īherere ſubiecto cognitiuo
⁊ volitiuo. abſq; hoc ꝙ illa potē
tia cognoſcat: ⁊ velit: ſicut īpoſ=
ſibile ē ꝙ illa res q̄ ē albedo īhe
reat ſubiecto / ⁊ ꝙ ſubiectū non
ſit albū ꝑ eā. Sed q: iſtud poſſȝ
calūniari ꝓbabiter: ideo dico ꝙ
q̄cquid ſit de hoc: tñ negandū ē
vltimuȝ ꝯñs ſcȝ ꝙ talis noticia
poteſt non fuiſſe a tali cauſa ⁊c.
q: licet ex hoc euidenter non ſe=
queretur aliquā rem p̄teritaȝ
non fuiſſe tamē ſeque repugnat
ymaginationi vnuȝ ſicut aliud.
F vt pȝ ⁊c. ¶ Ad quartā rationē
Ad q̄rtū q: aliq̄ abhorrent audire ꝙ xp̄s
poteſt vel / vel potuit. ideo hoc
i. opinio. nō aſſero. ¶ Dico tamē hic pri=
mo ꝙ ſuppoſito ꝙ hec eſſet im=
poſſibilis aīa xp̄i / vel xp̄s fallit̄
ꝑ noticiā creataȝ. tñ ex hoc non
habet̄ ꝙ illa noticia ſit ſimplr̄ i
fallibilis. q: poſſet eē falſa alte=
ri aīe: vel illi met derelicte a v̄bo
Et iō ſolū habet̄ ꝙ illa ſit īfalli=
bilis ſm̄ q̄d. ſcȝ iſti aīe ſic vnite.
G quare ⁊c. ¶ Alio mō ſcd̄m aliq̄s
ij. opinio ſolēnes doctores pōt dici. Primo
ꝙ xp̄s ſcd̄m diuinitatē ⁊ ꝑ noticiā
īcreatā nō potuit falli ꝑ quācū=
q; potētiā. Patet. q: hoc repu=
gnat ꝑfectioni diuine. Secūdo
ꝙ xp̄s ſcd̄m humanitatem: ⁊ per
noticiā creatā nō potuit falli. et
hoc ꝑ potentiā ordinatam quia
nihil falſum credidit: vel crede=
re potuit ſcd̄m legem ordinatā.
Tertio ꝙ xp̄s ſcd̄m humanita=
Ter me nega-bib petr tem ⁊ ꝑ noticiā creatam potuit
falli ⁊ hoc ꝑ potentiā abſolutaȝ
Ad cuiꝰ declarationē quarto di
ci poteſt ſcd̄m aliquos ꝙ toto tē
pore intermedio poſtq̄ xp̄s di=
xit Petro ter me negabis vſq;
ad negationē Petri hec fuit ab=
ſolute poſſibilis xp̄s falſum cre
didit. vel xp̄s falſuȝ ꝓdixit. ſicut
hec Petrus xp̄m negabit. ſed ex
prima ſequitur xp̄s ꝑ noticiam
creataȝ ſm̄ humanitatē deceptꝰ
fuit. nec tñ ex hoc ſequit̄ ꝙ xp̄s
mendax: vel mentitus fuerit: vt
mendaciū dixerit. q: non ſufficit
ad mendaciū ſola aſſertio falſi.
ſed requiritur intentio fallendi.
Hanc autē xp̄s ꝓ tūc nō habuit
ideo ꝓ nūc iſta eſt impoſſibilis.
¶ Aliqui tamen cōcedūt ꝙ xp̄s H
non ſolū poteſt aſſerere falſum: 3. opi[nio]
ſed ⁊ hoc poteſt facere cum intē Mult[um]
tione fallēdi (id eſt) aſſerere fal= probab[ilis]
ſum ſcitū eſſe falſum imo dicere
falſum / mendaciū: ⁊ peccare: odi
re deum ꝑ cōmunicationē idio=
matum. Nec video quin iſtud
poſſit ꝓbabilius dici q̄ᷓ oppoſi
tum ſi nō offendat aures fideli=
um ⁊c. Nulla eīn̄ ꝯtradictio vel
repugnantia videtur ꝙ aīa xp̄i
abſolute oīa poſſit verbo vnita
q̄ ipſa poſſet ſi eſſet a verbo de=
relicta. ſed conſtat ꝙ ſi non eſſet
vnita ipſa abſolute poſſet deci=
pi. ⁊ decipere. mentiri. ⁊ peccare
igitur et ipſa hec poteſt vnita. Inſtā[tia]
quare ⁊c. ¶ Si autē dicat̄ cōtra
ꝓdicta ꝙ ſm̄ gloſam ſuꝑ illo. ij.
ad Thim. ij. negare ſeipſum nō
poteſt xp̄s qui, veritas eſt non
poteſt ſeipſum negare qđ tamē
faceret ſi dicta ſua non impleret
ideo etiā. Luc. xxiiij. dr̄. Neceſſe
eſt impleri oīa que ſcripta ſunt
⁊c. ¶ Ad hec poteſt reſponderi I
ꝙ debent intelligi et exponi de Solu[tio]
impoſſibilitate ⁊ neceſſitate ſm̄
legē ordinatā: ⁊ non de abſoluta
impoſſibilitate et neceſſitate vt

Vtrum deus possit rationali creature sue beatitudinis reuelare securitatem



ſtatis p̄tz. Ut volūt dicere aucto
ritates p̄dicte q̄ de⁹ implet pro=
miſſiones ſuas ita certitudina=
liter ac ſi nō poſſent īpediri: licz
abſolute poſſint impediri ⁊c. Et
ſic p̄tz ex dictis q̄lr̄ reſpōdēduz
ſit ad multa ſimilia obiecta que
pn̄t hic fieri. Et hec via īter ali=
as michi videt̄ magis ꝓbabilis
q̄ȝ illa q̄ poneret q̄ q̄libet noti=
cia creata aīe xp̄i/ vl̄ alteri⁹ ī ver
bo ſit noticia infallibilis ⁊c. Et
A hec de hoc ⁊c. ¶ Nūc circa iſtaz
materiā ⁊ ad maiorē ip̄i⁹ decla=
rationē mouebo ⁊ ſoluā triplicē
1. q̄ſtio. dubitationē. ¶ P̄ria erit. Utruz
de⁹ poſſit ratiōali creature ſecu
ritatē ſue eterne beatitudinis re
2. q̄ſtio. uelare. ¶ Scḋa erit. Utrū deus
poſſit rōnali creature eternita=
tē ſue finalis dānatiōis reuela=
3. q̄ſtio. re. ¶ Tertia erit. Utrū de⁹ poſ=
ſit rōnali creature falſitatē dice
Argū ꝯ re vel eā decipere. ¶ P̄ria ergo
p̄mam. dubitatio. Utrū de⁹ ⁊c. Et vide
tur q̄ nō. q̄z nulla rōnalis crea=
tura p̄ quācunq̄ꝫ reuelationem
pōt euidēter ſcire ſuā b̄titudinē
eē eternaliter duraturaz. igitur
nec poteſt ſecure aſſentire ſuam
beatitudinē eē eternam. Conſe=
quentia videt̄ nota/ ⁊ an̄s ꝓbat̄
q̄z quacunq̄ꝫ reuelatione facta
rationali creature de ſua beati=
tudine abſolute poſſibile eſt ip
ſam ānichilari et p̄ ꝯn̄s poſſibi=
le eſt aliter euenire q̄ȝ ſua reuela
tio/ vel indiciū ſignificauit fore.
In op= igit̄ non ſciuit ita fore ⁊c. ¶ Op
poſitum poſitū patz ex dictis: ⁊ ſimiliter
quia ſecuritas de eternitate bea
titudinis eſt pars beatitudinis.
ſm̄ Auguſti. x. de ciuitate dei ca
pit. xxx. ⁊ xiiij. de trinitate. c. vij.
Igit̄ oīs beat⁹ ē de ea ſecurus.

¶ Ad hāc dubitationē reſpon=
det vna opinio q̄ ſicet hoc ē veꝝ B
vt patebit. ¶ Sz ad ſaluandum Solutio
hoc ⁊ ad reſpōdendū argumen= p̄me q̄ſti
to facto ponit q̄ de⁹ nō pōt de= onis.
ſtruere illos q̄ de facto ſunt bea i. opin
ti. nec auferre ab eis illā rē q̄ eſt
eoꝝ b̄titudo: q̄z nō pōt deſtrue=
re creaturā iuſtam/ vel ei ſubtra
here ſine culpa dona ſua. Et ſi
hoc nō repugnet potētie dei in=
quantuz eſt potentia repugnat
tamen potētie inquantū eſt ſum
ma benignitas/ et ſumma mīa.
Et p̄ hac opinione videtur face
re quod dicit magiſter libro pri
mo diſtin. xliij. allegans Augu.
ſup illo verbo dn̄i loquentis ad
Loth. Geñ. xix. Nō poſſuz q̄cq̄ȝ
facere ⁊c. Non poſſet (inquit) ſe
dicit q̄ȝ ſine dubio poterat per
potentiā: ſed nō poterat p̄ iuſti=
ciam. ¶ Sed hec opinio nō ſuf=
ficit: q̄z eque faciliter defendere= C
tur error ille phoꝝ quorūdam Impro
ſcz q̄ quicq̄d deus agit ad extra batio
agit nature neceſſitate: ⁊ nō poſ p̄d. op̄.
ſet aliquid aliter operari q̄ȝ de
facto operatur/ vel operabitur.
Quē errorē reprobat magiſter
di. quidā de ſuo ſenſu preſumen
tes ⁊c. Sequit̄ ergo q̄ ſicut de⁹
oēm rē quā ꝓducit libere ꝯſer=
uat ita libere pōt eā annichila=
re q̄n̄ vult: quare ⁊c. Itē hec via
ſibiip̄ſi repugnat: q̄z ſi deus pōt
aliquid de potentia quatenus
potentia eſt. ergo deus ſimplici
ter poteſt illud. quia ex oppoſi=
to ſequit̄ oppoſitū. Unde etiam
cū potētia dei/ et eius mīa peni=
tus idē ſint ſi aliquid poteſt de
potētia inquantū potentia/ ab=
ſolute poteſt illud non obſtante
mīa. ideo aliter reſpōdenduz eſt

¶ Ad cui⁹ evidētiam primo no
D tandū eſt q̄ beatitudo prout ad
ij. opinio ꝓpoſitū ſufficit pōt ſumi dupli
citer. Uno mō pciſe ꝓ actu viſio
nis dei clare ⁊ fruitiōis/vel vtro
q̄ ſimul nō cōnotādo eternita⸗
tē illoꝝ actuū. Alio mō pōt ſu⸗
mi magis ꝓprie pro illis actib⁹
cōnotando eternitatē illoꝝ/ſiue
credulitatē firmā ⁊ veram q̄ illi
actus in q̄b⁹ cōſiſtit eſſentialis
beatitudo durabūt ſine fine: et
instātia ita ſumit̄ cōmunit̄. Sed ꝯtra po
teſt inſtari: q: ſic ſumēdo ſeq̄tur
q̄ iſta ſit cōtingens. Iſta beati
tudo fuit demōſtrata tota bea⸗
titudine gabrielis. ⁊ ſimilit̄ iſta
Iſte fuit beat⁹ demonſtrato ga
Solutio briele. ꝯña patz: ſed ꝯñs videtur
abſurdū. ¶ Dico hic cōcedēdo
ꝯñs ſumendo nomen beatitudi
nis ſecundo modo. ſicut patz et
poſt patebit: ſʒ primo modo ca⸗
piendo ille ſunt neceſſarie: quia
ſunt de preterito vere/nec depē⸗
dent aliquo modo. ex futuro.
E ¶ Tunc pono aliquas ꝓpoſiti
ones. Prima ē reſponſiua q̄ de⸗
us poteſt rationali creature ſe⸗
curitatem ſue eterne beatitudi⸗
nis revelare. patz. q: quocunq̄
modo capiat̄ beatitudo q̄libet
beatus eſt ſecurus de facto. Et
iſtud eſt fide tenendū ſicut patz
p auctoritates Auguſti. ſupra⸗
dictas/⁊ eſt cōis oīm ſententia.
F ¶ Tunc ad declarationē huius
Securitas ſciendum eſt quid ſit ſecuritas.
Unde dico q̄ eſt iudiciū firmuʒ
⁊ ſine formidine de aliqua veri⸗
tate. vnde nō eſt ymaginandum
q̄ ſecuritas ſit aliquid ſuperad⸗
dituʒ iudicio: ſed eſt oīno idem:
nec aliquid addit ſup iudicium
firmū niſi q̄ tale iudiciū ſit veꝝ.

Ex quo ſequitur pmo q̄ licet ſe⸗
curitas ꝓphetica reſpectu futu
ri nō poſſit non fuiſſe eſtimatio
vel iudiciū firmū. tn̄ pōt nō fuiſ
ſe ſecuritas q̄ illud eēt futuruʒ:
pʒ q: pōt nō fuiſſe verū iudiciū.
Scdo ſequit̄ q̄ lʒ q̄s ſit aſſecu⸗
ratus de aliquo: pōt tn̄ vel po⸗
tuit nunq̄ fuiſſe ſecur⁹ de illo.
Tertio ſequit̄ q̄ capiendo bea⸗
titudinē primo mō null⁹ beatus
poteſt non fuiſſe ſecurus de ſua
beatitudine. patʒ clare. Quarto
ſequitur q̄ capiendo beatitudi⸗
nē ſecūdo modo aliquis beatus
poteſt nunq̄ fuiſſe ſecurus de
beatitudine. Patʒ. q: iſto modo
capiendo hec eſt ꝯtingens. Iſte
fuit beatus. Uel iſta beatitudo
fuit. Et ſic ſemp vtar iſto termi⸗
no ⁊c. ¶ Secūda ꝓpoſitio prin G
cipalis eſt q̄ de⁹ quemlibet bea
tum/ ⁊ de ſua beatitudine eter⸗
na aſſecuratū poteſt annichila⸗
re/⁊ ei ſuā beatitudinem poteſt
auferre. Patet ex dictis contra
primā opinionē nūc reprobatā.
Tertia eſt q̄ de⁹ nō poteſt anni
chilare aliquē beatū vel de bea
titudine aſſecuratum/nec ab eo
auferre ſuā btitudinē. Et hec vi
detur ſimilis illi quam ponit ſu
pradicta opinio ſed multum eſt
diſſimilis. Et ratio eſt. quia pre
dicatum appellat ſuam formā.
⁊ ideo illa de ineſſe implicat con
tradictionē ⁊c. ¶ Quarta eſt q̄ H
de⁹ nō pōt aliquē primo modo
beatū vel de beatitudine aſſecu
ratū facere poſtea non beatum.
Patet. q: beat⁹ nō poteſt deſine
re eē beat⁹ ꝓpt rationē tactam
licet poſſit nō eſſe vel fuiſſe bea⸗
tus ⁊c. ¶ Ex his patʒ reſponſio
ad rationem vnde quicq̄d ſit de

ꝙ nulla revelatio est evidens notitia



antecedente ꝯña nō valet. q2 eu i-
dens ſciētia nō requirit ad ſecu-
ritatē. Aliqui nō ꝯcedūt añs ſi-
cut Okam quarto q̄olibeto. q.
iiij. ⁊c. Sȝ breuiter ꝯcedo ꝙ nul-
la reuelatio de futuro eſt de illo
euidens ſciētia / nec euidēter ſcit
eē reuelatio / vel ſecuritas / nec
beatus euidēter ſcit eē beatū ſi-
cut ꝓbat ratio. Et hec de hoc.
A ¶ Scđa dubitatio eſt. Utrū de-
Queſtio. us poſſit rōnali creature eterni-
tatem ſue finalis dānationis re-
uelare. Videt̃ ꝙ non. q2 ſi ſic de⁹
poſſet cogere aliquē ad peccan-
Argu.i. dūm. Cōſequēs eſt falſū et ꝯña
patet q2 facta tali reuelatiōe ta-
lis de ꝓꝑia ſalute deſperaret. ꝰ
peccaret. quare ⁊c. Oppoſitum
videt̃. q2 omne futurū cōtingēs
imptinēs reuelationi de⁹ abſo-
lute poteſt reuelare ⁊c. ¶ Ad
Opp. hanc dubitationē preſuppoſita
Solutio illa diſtinctione ſupra declara-
ta de reuelatione exteriori ⁊ in-
teriori ponā aliquas ꝓpoſitio-
nes. ¶ Prima eſt. ꝙ deus poteſt
B homini etiā exiſtēti in charita-
te caſum ſuū in peccatū mortale
⁊ etiā ſuā finalē dānationem de
cōmuni lege reuelare exteriori
reuelatione. Iſta patȝ primo de
caſu in peccatū q2 xp̄s petro exi-
ſtenti in charitate reuelauit ex-
teriori reuelatione negationem
ſuā dicens. ter me negabis. Et
hec negatio ſm Auguſtinū fuit
mortale peccatū. Secūdo ſatis
ptȝ ꝙ tali reuelatiōe nō exiſtēti
in charitate poteſt reuelari ſua
dānatio. Nam in euāgelio xp̄s
hoc reuelauit iudeis dicēs. Io.
viij. in peccatis vr̄is moriemini.
Sed vtrū talis reuelatio poſſit
fieri exiſtenti i charitate de lege
ordinata magis dubiū eſt. q̄a in
ſcriptura hoc nō legit̃ factū eſſe
ſaltē non recolo legiſſe: tñ videt̃
ꝓbabile ꝙ hoc nō repugnat le-
gi ordinate: cū non appareat rō
q̄re iſto modo non poſſit alicui
reuelari ſuū pctm̄ mortale fina-
le. ⁊ ꝑ ꝯñs ſua dānatio ꝗuis ſit
in charitate ſicut pōt ſibi aliud
pctm̄ mortale reuelari vt ptȝ in
Petro. nec ex hoc ſequit̃ ꝙ talis
deſperet vel ꝑdat charitatē: q̄a
ꝓpter talē reuelationē exterio-
rem nō opȝ ꝙ credat ſe eē dānā-
dum. Nā ꝓpt̃ nullū ſignū extri-
ſecū a quocūqȝ factū pōt viator
de cōi lege obligari ad credēdū
ſe dānandū: ſed dȝ ſemꝑ indubi-
tant̃ ſperare ꝙ ſi faciat q̄ ſūt le-
gis xp̄i ſaluabit̃: ⁊ ad hoc debet
laborare ⁊ diuinū auxiliū iplo-
rare. ¶ Scđa ꝓpoſitio eſt ꝙ de- C
us nō pōt hoī etiā nō exiſtēti in
charitate ſuā finalē dānationē
de cōmuni lege reuelare interio-
ri reuelatiōe. Ptȝ: q2 tali reuela-
tiōe facta ille firmiter aſſentiret
ſe eē dānandū. vt ptȝ ex q̄d nois
ſȝ null⁹ de cōmuni lege pōt ſine
pctō firmiter aſſentire ſe eē dā-
nandū. imo talis credulitas eēt
pctm̄. ꝰ de⁹ de cōi lege nō pōt im-
mediate cauſare talē aſſenſū vel
credulitatē in viatore ⁊c. ¶ Ter- D
tia ē ꝙ dubiū eſt vtrū de⁹ poſſit
homini exiſtēti in charitate ſuū
futurū caſū in pctm̄ mortale de
cōi lege reuelare interiori reue-
latiōe. Ptȝ. q2 nec ad hoc habet̃
auctoritas / aut rō vl̄ expiētia co-
gēs / nec eēt euidenter repugnat
legi ordinate. imo ſatis videtur
ſtare cum ea ꝙ ſic quia ex hoc
non ſequitur ꝙ facta tali reue-
latiōe talis peccaret / vel charis-



Utrum deus creature possit revelare perpetuitatem sue dampnationis

tatē p̄deret vt p̄tꝫ intuēti. q̄re ⁊c.
¶ Quarta ē q̄ ſine dubio tenē-
dum eſt q̄ de⁹ pōt homini ſiue
extra charitatē/ſiue exiſtenti in
charitate caſū ſuū in pctm̄ mor-
tale/⁊ etiā ſuā finalē dānationē
abſolute reuelare interiori reue-
latiōe. Patet ex ſupradictis et p
rationē in oppoſitū hui⁹ dubi-
tatiōis factam ⁊c. ¶ Sed hic eſt
dubium tali reuelatiōe facta de
C futura dānatione. ¶ Primo vtꝝ
i. q̄ſtio. talis peccet p deſperationē ⁊ p-
ij. q̄ſtio. dat charitatem. ¶ Scd̄o vtrum
talis poſſet licite pro ſalute ſua
orare. Et videtur q̄ non. q: non
poteſt licite velle vel orare illud
qd̄ ſcit deū nolle. Nam vnuſq̄ſq̄
tenetur ſe conformare volunta-
ti diuine cū ſciuerit ipſā. Iuxta
illud Luc. xij. Seruus ſciēs vo-
luntatē dn̄i ſui: ⁊ non faciēs pla-
F gis vapulabit multis. ¶ Ad pri-
Ad p̄mū mum diſtinguendū ē q̄ deſpera-
tio pōt capi dupliciter Uno mo-
do improprie p firma credulita-
te q̄ quis credit ſe eſſe dānādū/
vel diffidit ſe eſſe ſaluandū. Alio
modo ꝓprie p firma credulitate
qua quis credit q̄ ſi faciat qd̄ in
ſe eſt p ſtatu vie ad habendum
beatitudinem adhuc nō habebit
eam. Unde talis actus eſt dire-
cte oppoſitus actui ſpei et non
primus. Tunc ſm̄ hoc dico ali-
G quas propoſitiōes. ¶ Prima ē
q̄ ſtāte tali reuelatiōe ſequit̄ q̄
talis firmiter credet ſe eē dānā-
dum patꝫ ex quid nominis reue-
lationis interioris ⁊c. ¶ Scd̄a ē
q̄ ſtante tali reuelatōe ſequitur
q̄ talis deſperet capiēdo deſpe-
rationē primo modo. Ptꝫ ex pri-
ma ꝓpoſitiōe ex q̄d noīs deſpe-
ratiōis p̄mo modo ſūpte. ¶ Ter-
tia eſt q̄ ſtante tali reuelatione
nō ſequitur q̄ talis deſperet ca-
piēdo deſperationē ſcd̄o modo
patꝫ ex quid noīs ⁊c. q̄a ſtat q̄
firmiter credat ſe eſſe damnādū
et tn̄ credat q̄ ſi eēt facturus ea
que ſūt legis chriſti ipſe ſaluare-
tur ⁊c. ¶ Quarta eſt q̄ ſtāte ta-
li reuelatioue non ſequit̄ q̄ ta-
lis peccet vel perdat charitatē.
Patet q: illa credulitas ſiue de-
ſperatio p̄o modo dicta nō eēt
ſibi pctm̄. q: nō eēt naturaliter
creata ſed ſupnaturaliter a deo
impſſa. ⁊ p ɔn̄s nō excludit cha-
ritatē imo ſtaret abſolute q̄ per
talē deſperationē mereret̄ ſi de-
us p̄ciperet illā credulitatē. ſed
hoc nō pōt de⁹ p̄cipere ſtante le-
ge cōi. q: ſic p̄ciperet ſibi duo cō-
traria. ſ. q̄ ſimul deſperaret ⁊ ſpe-
raret ⁊c. ¶ Ad ſcd̄m dico q̄ ſic ⁊ H
q̄ tenet̄ orare q̄ tollatur ab eo
illa credulitas et q̄ non eueniat
ſicut credit. Et ratio hui⁹ non ē
quia nō ſciat euidēter q̄ dānat̄
ſicut aſſignat adā. Nam ita fir-
miter credit ſicut ſi euidēter ſci-
ret qd̄ alias dicā ⁊c. Sꝫ ratio ē.
quia licet p talē reuelationē ab-
roget̄ lex cōmunis de ſpe vt pa-
tuit. tn̄ iſte ꝓpter hoc nō abſol-
uitur ab alijs p̄ceptis legis: nec
obligat̄ ad oppoſitū p̄cepti de
orone. Nec tenetur velle q̄cq̄d
ſcit aut credit deū velle. Sed de
hoc alias videbit̄ ⁊c. Et hec de
hoc. ¶ Tertia dubitatio ē Utꝝ I
de⁹ poſſit rationali creature fal-
ſitatē dicere/vel eam decipe. Et
videt̄ q̄ ſic q: ponat̄ q̄ de⁹ reue-
let alicui aliqd̄ futurū cōtingēs
ſicut antixp̄m fore ⁊ faciat illū
ſic aſſentire. Tūc illa reuelatio-
ne facta ⁊ iā in p̄teritū lapſa nec-

ceſſe eſt deū ſic dixiſſe ⁊ iſtū ſic aſ
ſenſiſſe. ⁊ tñ hoc ſtāte adhuc ꝯti-
gens eſt ita fore. Jō arguit̄ ſic.
de⁹ dixit iſti q̄ antixp̄s nō erit. ḡ
de⁹ falſū dixit ⁊ ipſū decepit. Cō
ſequētia p3. ⁊ aīs eſt poſſibile: ⁊
q̄lib3 pars eſt poſſibilis ⁊ vna al
teri ꝯpoſſibilis cū vna ſit neceſſa
ria. igitur conſequens eſt poſſibi
le. ❡ Oppoſitū pat3 per magr̄m
Jn opp̄. libro .i. in .iiij. diſtin. qui ab omni
potentia dei excludit poſſe men-
tiri ⁊ fallere. Et ſimiliter patet p
Auguſtinu3 .lxxxiij. q. xiiij. vbi p̄
bat corpus chriſti verum ⁊ nō fā
taſticum fuiſſe. quia ſi non ergo
fefellit xp̄s. et ſi fefellit veritas nō
eſt ⁊c. ❡ Circa iſtam materia3 p̄
Deciſio mo premittam quorūdam ſolem
q̄ſtionis. nium doctorum opiniones con-
trarias. ❡ Secundo ponam ali-
quas propoſitiones reſpōſiuas
❡ Tertio eliciam quattuor regu
las ex quibus inferam aliquas
A ꝓpoſitiōes correlarias. ❡ Quā
p̄ma op. tū ad primū ſciendū eſt q̄ ad hāc
dubitatione3 reſpondent aliqui
doctores affirmatiue. ſ. hiberni-
cus ⁊ poſt eum Adam ⁊ Olkot.
Unde tenent q̄ p totū temp⁹ me
diū ante poſitione3 rei ineſſe illa
eſt ꝯtigēs antixp̄s erit ita et illa
de⁹ falſū dixit. ⁊ de⁹ decepit. vo-
cando ſcilicet deceptionē facere
q̄ aliquis habet aſſenſū falſu3.
vel aliquis erret. deus tñ nō po-
teſt decipere deordinate/vel iniu
ſte. nec pōt decipere p̄mo mō lo-
quendo de deceptione de poten-
tia ordinata/ ⁊ p ſeipſum/ ⁊ imme
diate. ſed hoc bene poteſt de po-
tentia abſoluta. Omne3 enim rē
quam deus poteſt cauſare medi
antibus cauſis ſecundis poteſt
de potentia abſoluta per ſeipſū.

ſ3 error ē res talis. Igit̄ ⁊c. Ma-
ior eſt cōe p̄ncipiū theologicū. ſ3
minor p3 ex m̄ltis ſcripture paſ
ſib⁹ vbi de⁹ docuit iſraelitas in
bellis/ ⁊ in aliijs hoſtes decipere
verbis/vel factis ⁊c. Sed alit̄ re
ſpondent aliqui ad p̄dictā dubi-
tationē negatiue. ❡ Unde magi
ſter Gregorius circa hoc primo B
ponit aliquas diſtictiōes. ❡ Pri ij. opini•
ma eſt q̄ dicere accipitur dupli-
citer. Uno modo idē eſt qđ dictū
proferre/ vel formare. Alio mo-
do idem eſt q̄ per dictum aliq̄d
ſignificare. Et hec diſtinctio pa
tet. Et proportionabiliter dice-
re falſum vno modo idem eſt qđ
proferre enūciationem falſam ſe
cundum ſe. Alio modo idem eſt
quod p enūciationē falſū ſignifi
care. ſtat enim aliquē dicere fal-
ſum vno modo ⁊ non alio modo
vt patet in oratione ironica /vel
tropica. In quib⁹ quandoq3 enū
ciationes ſunt falſe ſm ſe. ⁊ tamē
ea que per eas ſignificātur vera
ſunt. Nullus autē proprie dicit̄
dicere falſum niſi p ſuu3 dictum
intendat dicere falſum/vel ſalte3
ſignificet falſum. Nec de primo
modo eſt dubium qui deus poſ-
ſit dicere ⁊ de facto dixerit falſū.
❡ Secunda diſtinctio eſt. q̄ di- C
cere falſum ſecundo modo con-
tingit dupliciter ſcilicet aſſerto-
rie/ et non aſſertorie ſeu recitati-
ue. Aſſertorie quidem aliquis di
cit falſum quando per ſuum di-
ctum integrum: ⁊ ꝑfectum/ſigni
ficat falſum. Sed non aſſertorie
quando per ſuum dictum inte-
grum ſignificat verum: ſed per
partiale ſignificat/ falſum vt ibi
dixit inſipiēs in corde ſuo nō eſt
de⁹. Et aliijs locutionib⁹ recita-

tiuis/⁊ ſimiliter in ypoteticis/et
diſiunctiuis ⁊ ꝯditionalibus. Et
iſto mõ nõ eſt dubiũ q̃n deꝰ poſ-
ſit dicere falſũ. vt ibi Joh. vij. Si
dixero q2 ſcio eũ ero ſimilis vobis
mẽdax ⁊c. ¶ Tertia diſtictio ē ꝙ
D aliquis poteſt aſſertorie dicere
falſũ dupliciter. Uno modo ſim-
pliciter. alio modo cum intentio
ne ꝙ ille cui dicit aſſentiat ei qđ
dicit. Et de vtroqȝ ſenſu eſt dubi
tatio. ideo ſcḋm hoc iſte doctor ꝓ
bat duas cõcluſiones. ¶ Prima
i. ꝯcluſio gregorij. eſt ꝙ deus non poteſt alicui aſ-
ſertorie dicere falſum volens ꝙ
ille cui dicit aſſentiat illi dicto.
¶ Secunda eſt ꝙ abſolute deus
Secũda pꝫ ꝑma, non poteſt dicere falſum. ¶ Pri-
mam probat. quia aliter ſequitᷣ
ꝙ deus poſſet mentiri. conſequē
tia pꝫ per diffinitionē mendacij
cõmunez que eſt ſignificatio fal-
ſa cũ voluntate fallendi. ſm Au-
guſtinũ libro cõtra mendacium.
Sed falſitas cõſequentis patet.
per apoſtoluz ad heb. vi. Impoſ
ſibile eſt mentiri deuz. Et ad hoc
ſũt expreſſe auctoritates Augu-
ſtini. ꝙ omne mendacium ē pec-
catuz. ꝙ mentiri ⁊ fallere ſunt ea
que omnipotens non poteſt. Et
ꝙ ſi deus hec poſſẽt nõ eēt dignꝰ
E vt eēt oīpotens ⁊c. ¶ Scḋam ꝓ-
ij. ꝓbatõ bat q̃a ex oppoſito ſequitᷣ ꝙ deꝰ
non eēt deus. ſcḋm Auguſtinuz.
Conſequētiã ꝓbat ꝑ auctorita-
tes Auguſtini et anſelmi. Item
ſequitur ꝙ quodlibet dictum di-
uinum non expertum / vel per ſe
notum: vel euidenter deductũ fi-
delis rationabiliter poſſꝫ habere
ſuſpectuz ⁊ dubiũ. Cõſequēs pa
tet falſum de articulis fidei et de
his q̃ ꝑ ꝓphetas/⁊ apoſtolos/et
eccleſiam reuelata ſunt. ſed con-
ſequētiã ꝓbat q2 ſi nõ liceret de
talibꝰ dubitare/ aut hoc eēt ꝑci-
ſe q2 a deo eſt dictũ. vl' q2 nõ ſolũ
dictũ eſt. ſꝫ q̃a dictũ eſt illud eſſe
verũ: ⁊ credēdũ. aut etiã ꝑceptuz
vt credatur idubitāter. Neutrũ
poteſt dici. q̃a ſtāte ypotheſi de
us poteſt dicere dicta contradi-
ctoria. ⁊ cum hoc dicere quodli-
bet illorum eſſe verum. et iubere
vtrũqȝ indubitanter credi. Naꝫ
qua ratione poteſt vnum falſum
dicere ⁊ quodlibet aliud: et ſic in
caſu homo tenetur firmiter aſſē-
tire duobus contradictorijs ſci-
tis eſſe ꝯtradictorijs. ac ꝑ hoc te
netᷣ ad impoſſibile. Iſtas ꝯcluſio
nes ⁊ eaꝝ probatiões diffuſe de-
ducit iſte doctor. ſed quia dedu-
ctio ꝑncipalr ꝯſiſtit in auctorita
tibus q̃ faciliter poſſunt gloſari.
ideo nõ inſiſto in eis cauſa breui
tatis. ¶ Sed ad rationē factam
F ante oppm̃ ipe reſpondet. ꝙ an-
tecedens eſt impoſſibile. licꝫ que
libet ps ſit poſſibilis. q̃a non ſũt
compoſſibiles. Et hoc q̃n ꝓbatᷣ.
quia illa de preterito. deꝰ dixit ꝙ
antixp̄s erit: vel iſte aſſēſit ꝙ an-
tixp̄s erit eſt neceſſaria hoc ipſe
negat. Unde dixit ꝙ ſi teneatᷣ ꝙ
res preterita poteſt per diuinaꝫ
potentiã nõ fuiſſe dicetur eē poſ
ſibile ꝙ deus illud dictũ/ vl' aſſē-
ſum nunq̄ cauſauit ⁊ ꝑ ꝯñs non
dixit antixp̄m fore. ⁊ ꝙ ille etiam
non crediderit. Et in hoc ipſe be
ne dicit ſicut ſupra tactũ eſt. Si
vero non teneatur illud. põt di-
ci ſm eũ ⁊ aliquos antiquos do
ctores ꝙ poſſibile eſt illud di-
ctũ nũq̄ fuiſſe ſignificatiuũ: aut
nõ illius quod ſignificauit. Et ſi
G militer illum aſſēſũ nõ fuiſſe aſſen-
ſũ aut iudiciũ illius. ¶ Uel aliᷣ

ſecundū eſt dici pōt. q̄ ad hoc q̄
aliq̄s dicat aliq̄d ꝓprie loquē=
do. req̄rit intentio ſignificādi il=
lud ꝑ ſuū dictū. q̄a ergo deus q̄d
voluit pōt nō voluiſſe. ideo poſ=
ſibile eſt deum nūq̄ voluiſſe ſi=
gnificare ꝑ ſuū dictū antixp̄m fo
re. Si vero nulla p̄dictaꝝ viarū
placeat alia inueniat̄ melior. Et
ſi q̄s eā inuenire nō pōt. ip̄e dicit
q̄ meli⁹ eſt cōfiteri ſuā ignoran=
tiā q̄ȝ p̄cipitādū ſe in tam horri=
dam auribus fideliū ſententiam:
qualis eſt ſi dicat̄ deū poſſe mē=
tiri aut falſum dicere ſeu decipe
re ⁊c. ¶ Sed cū reuerentia dico
A q̄ ſi ponatur q̄ p̄teritū non pōt
improba nō fuiſſe nulla p̄dictarū viarū
no. gre. eſt ſufficiens: nec eſt alia dabilis
quin oporteat dicere q̄ argumē
tum ꝯcludit verū. ſ. q̄ de⁹ poteſt
falſum dicere/et decipere ſicut
prima opinio ponit. ita q̄ opor=
tet dicere: vel q̄ p̄teritum poteſt
nō fuiſſe: vel q̄ deus falſū poteſt
dixiſſe. nec eſt dare mediū. ſicut
poteſt apparere ex ſupradictis
in iſto articulo. Et ideo ſi pona
tur p̄mū/ſcd̄m vtiq̄ videtur eſſe
ponendum. ¶ Unde ad declarā=
B dum quomodo hec via poſſit ſu
ſtineri. ponam probabiliter ali=
quas ꝓpoſitiones. ⁊ reſpōdebo
ad oppoſitas rationes. Unde p̄
mitus diſtinguēdū eſt q̄ iſti ter
mini decipe/fallere ⁊ hm̄ōi du=
pliciter pn̄t accipi. Uno mō vt in
cludunt in ſuis deſcriptionibus
iſta ſincathegoreumata ſcilꝫ in
iuſte/inordinate/indebite. Alio
modo vt non includant ea: ſed
tantūmodo fallere vel decipere
eſt in aliquo cauſare aſſenſū fal=
ſum ſiue errorem. Accipiēdo ta
men primo mō iſtos termios ſic
clarū eſt q̄ deus nō ꝓōt decipe=
re/vl̄ fallere. ſicut nō pōt pecca=
re/vel iniuſte aliquid facere. Et
iſto modo oppoſita ſentētia eſt
merito auribus fideliuꝫ horren=
da: ſed ſcd̄o modo illud eſt dubi=
um. nec eſt clare ſacre ſcripture
contrariū. ¶ Pro quo ꝓbabilit̄ C
eſt hec prima ꝓpoſitio. q̄ oēm
deceptionē/vel errorē de⁹ poteſt
ſe ſolo cauſare in mente rōnalis
creature. Patet q̄a cuiuſlibꝫ de
ceptiōis/vl̄ erroris de⁹ eſt cauſa.
nam omniū reꝝ/⁊ motuū de⁹ eſt
cauſa ſm̄ Auguſti. 3. de trini. ca.
3. ſed error eſt aliqua res/vel en=
titas cauſata: ⁊ ꝑ cōſequēs deus
ipſius eſt cauſa: ſed cuiuſcunq̄
rei deus eſt cauſa. eiuſdem ſe ſo=
lo ſine alia cauſa concurrēte po
teſt eſſe cauſa: ſiue illam rem ꝓ=
ducendo in ſubiecto/vl̄ ſine ſub
iecto. igitur oēm errorem. vel de
ceptionem poteſt producere ſe
ſolo. ſiue ſine ſubiecto/ſiue etiā
in ſubiecto. ſ. in mente rationa=
lis creature. vel alio ſubiecto q̄=
re ⁊c̄. ¶ Secunda propoſitio eſt D
q̄ deus non poteſt ſe ſolo cauſa
re deceptionem vel errorem in
mente rationalis creature. Pa=
tet per ea que dixi in queſtione
de noticia dei. articulo p̄mo. vbi
aliqua dixi de immutatione vi
tali. Un̄ ex dictis ibidē apparet
q̄ nulla q̄litas p̄t alicui potētie
vitali eē noticia vel aſſēſ⁹. niſi ſit
ab ea effectiue. Cū igit̄ q̄libꝫ de
ceptio ſit quidā aſſenſ⁹. ſequitur
q̄ licet deus poſſit illā rem ſe ſo
lo cauſare in mente rationalis
creature. non pōt facere q̄ ſit ei
error/vel deceptio ipſa nō ꝯcur=
rēte ⁊c̄. ¶ Ex his apparet p̄mo E
ꝯtra Adam. q̄ talis qualitas q̄ F adam.

eſt erroꝛ/vel deceptio nō eſt eēn-
tialiter erroꝛ/vel deceptio. cuius
oppm̄ ipſe ponit de gaudio. noti
cia/et volitiōe ⁊c. et ꝑ ꝯñs de er-
roꝛe/vel deceptiōe ⁊c. Pꝫ. q̄a ſi
eēt in ea et nō ab ea nō eēt ei no-
G ticia ſm viā pretactā. et tn̄ añs ē
Z hyber absolute poſſibile. vt pꝫ ⁊c. ¶ Se
nicum. cūdo pꝫ ꝯtra hybernicū q᷑ ex il-
lo ṗncipio theologico oēm rem
quā de⁹ pōt cauſare cū alia cau-
ſa cōcurrēte. poteſt cauſare ſe ſo
lo. non ſequit᷑ q᷑ deus poſſit cau
ſare erroꝛē ſe ſolo. Patꝫ ex predi
ctis. Et poteſt dari exēplū ſicut
ex illo ⁊c. non ſeq̄tur q᷑ de⁹ poſ-
ſit cauſare meritum ſe ſolo. ſed
bn̄ ſequitur q᷑ ergo meritum pōt
cauſare ſe ſolo: ⁊ ſimiliter poteſt
erroꝛē cauſare ſe ſolo. Et eadem
eſt ratio vtrobiqꝫ quia ſicut illa
res que eſt/vel eē poteſt meritū
poteſt eē nō meritū. quia ſi deus
illam ſe ſolo faceret non eſſet me
ritum. ſic illa res que eſt vel eſſe
poteſt erroꝛ poteſt eſſe ⁊ non eſſe
erroꝛ quia ſi eſſet a ſolo deo non
eſſet erroꝛ vt patet. quare ⁊c.

D ¶ Tertia ꝓpoſitio eſt q᷑ de⁹ nō
poteſt de potentia oꝛdinata ra-
tionali creature falſum dicere/
vel eam decipere. ⁊ hoc ꝑ ſeipm̄
immediate/⁊ directe. iſta eſt re-
ſponſalis ꝯcluſio. licet non appa
reat michi clara ex ſcripturis.
Et dico per ſeipſum immediate.
quia nō eſt ꝯtra legē oꝛdinatam
Imo poſſibile eſt de potentia oꝛ-
dinata q᷑ deus decipiat aliquem
tanq̄ꝫ cauſa mediata ſine medi-
ante creatura. Tū primo q̄a de
facto cuiuſlibet erroꝛis ⁊ dece-
ptionis de⁹ eſt cauſa. vt iam ta-
ctum ē. Tū ſcd̄o q: ſm Augu. et
ſctōs aliqui merent̄ decipi. et ꝑ
ꝯñs iuſtum eſt eos decipere. er-
go de⁹ hoc pt. Tum tertio quia
multe ſunt in antiquo teſtamen
to de Jacob ⁊ Rebecca q̄ ſpūſſā
cti familiari ꝯſilio excuſantur a
mēdacio. ⁊ tn̄ in illis deceperunt
Jſaac. Ut pꝫ Geñ. xxvij. g̃ de⁹ ꝑ
bonos decipit. Et mlta ſilia exē
pla pñt induci ⁊c. Tū quarto q̄a
etiā in nouo teſtamēto angelus
bon⁹ auctoꝛitate dei apparens
magis in ſomnis dicēs vt ꝑ aliā
viā reuertant̄ in regionē ſuam. ⁊
ſic deceperūt herodē. Uñ ſeq̄tur
Mathei. ij. Uidēs q᷑ illuſus eēt a
magis ⁊c. Dico etiā directe/q̄a
de⁹ per ſeipm̄ frequenter fallit ⁊
decipit non directe ſꝫ indirecte. ⁊
per accidēs/dicendo aliquid vel
faciendo q᷑ aliqui rationē nō in-
telligentes crediderīt falſū. ſicut
pꝫ in euangelio de illis q̄bus di
xit xp̄s. Joh. ij. Soluite templū
hoc ⁊ in triduo reedificabo illud
q̄ per hoc crediderunt falſum. et
fuerunt decepti intelligentes de
tēplo lapideo. qđ dixerat de tem
plo coꝛpoꝛis ſui. ¶ Quarta pro- 3
poſitio eſt q᷑ deus pōt de poten
tia abſoluta rōnali creature fal-
ſum dicere. ⁊ eam decipere etiā
per ſeipm̄ immediate ⁊ directe.
Et dico ꝑ ſeipm̄ ⁊c. non quidem
excludendo oēm aliam cauſam
ab ipo reſpectu talis deceptiōis
q̄a hoc eēt ꝯtra ſcd̄am ꝓpoſitio
nē (vt pꝫ) ſꝫ ꝑ hoc excludēdo oēm
aliā cām ab ipo. ⁊ ab ipa creatu
ra decepta. Tūc pꝫ ꝓpoſitū prio
ꝑ rationē ante oppoſitū ⁊c. Se-
cundo q̄a cum de⁹ hoc poſſit me
diāte creatura nō apparet qua-
re hoc non poſſit abſolute ſine il
la. Uerbi grā cum hoc poſſit me
diante angelo vel hoīe vt patet

et predicta ꝓpoſitione. non apparet ratio quare hoc nō poſſit abſolute ſine illo. Nec ad hoc apparet michi contradictio. ſicut ꝙ deus non ſit de⁹. vł aliud euidens impoſſibile / vt pꝫ apparere intuenti. Tertio hoc nullaꝫ imꝑfectionē includit in deo. immo videreꝶ imꝑfectus. ſi hoc nō poſſet ſicut creatura hoc pꝫ etiā ſine peccato: q̄a aliq̄s pōt demereri vt decipiatur. Et mirabile videreꝶ ꝙ deus nō poſſet talē punire ⁊ ipm̄ decipere ꝑ ſeipm̄ immediate. cum manifeſte dicat Aug. lxxxiij. q. liiij. ꝙ deus decipit per malos āgelos. ⁊ ꝑ malos hoīes ⁊ ſiłr deus iuſſit filios iſrael decipere egyptios. ⁊ m̄lta ſimilia pn̄t induci. Quarto error pōt eē ſine peccato. ergo non ſequitur deum eē cauſam peccati. licet errorem immediate cauſaret ⁊ aliquem deciperet. Et ꝑ ꝯn̄s deus abſolute hoc poteſt. Conſequentia tenet ⁊ an̄s pꝫ ꝑ Aug. enchiridion. xvi. vbi dꝫ ꝙ illa fuit opinio caldeoꝝ. Et oñdit ꝙ ſit falſa ⁊ ꝙ aliquis error eſt malum pene ⁊ non culpe. ¶ Tūc ad rationes alterius opinionis. ¶ Ad p̄mam. ꝓ p̄ma concluſione. Primo poteſt dici ꝙ ꝯn̄a non valet. quia mendaciū vel mētiri includit aliquid īordinate fieri. Et ideo ad ꝓbationē ꝯſequētie dicīꝶ ꝙ illa diffinitio mendacij que eſt vocis falſa ſignificatio cū intētiōe fallendi. debet intelligi de intentione deordinata fallendi. qualis in deo eſſe non poteſt. nec ꝙ talis poſſit eē in eo non ꝓbat argumētum. ſed ſolum ꝙ poſſit eſſe in eo intentio fallendi. Secundo pōt dici ꝙ accipiendo mendacium ꝓ falſa ſignificatiōe vocis cū intentione fallēdi ꝓciſe qualiter nō ſumit apoſtol⁹ / nec Augu. nec alij cōiter. tunc ꝯſequēs nō eſt falſuꝫ de potētia abſoluta ſed ſolū de potentia ordinata: eo modo quo dictū eſt. ⁊ ſic intelligūt apoſtolus / ⁊ Auguſtin⁹. Tertio ad ꝓbationē cum dicīꝶ ꝙ tūc de⁹ poſſet peccare: q̄a omne mendaciū eſt pctm̄. Pꝫ ꝙ hoc eſt verum de mēdacio nō facto auctoritate diuina. quale eſt mendaciū accipiendo vt cōmuniter ſumitur: ſꝫ nō illo modo dictū eſt. ¶ Quarto poteſt dici ꝙ ſi alicui ꝯcederetur auctoritate diuina poſſe mētiri. ſic ſumpto mendacio illud nullatenus eſſet pctm̄. ⁊ ꝑ ꝯſequēs ſi deus per ſeipm̄ immediate alicui falſum diceret cum intentione fallendi. et illo modo mētiretur non peccaret. hoc aūt eſt poſſibile de potentia abſoluta. quia cum talem auctoritatē dare non repugnet diuine potentie. videtur rationabile / nec apparet ꝙ tali auctoritate data illud eſſet peccatum plus q̄ꝫ occidere innocentem auctoritate dei. Nā magis eſt contra inſtinctum nature ſecundum q̄ꝫ primū circūſcripta dei auctoritate. Sed neutrū eſt contra iſtinctū nature, ſi fuerit ex ꝓcepto vel auctoritate actoris nature. q̄re ⁊c. Immo talis auctoritas de facto videtur q̄nq̄ꝫ eſſe ꝯceſſa. Unde. 3. Regum vlti. legitur deum dixiſſe quis decipiet achab. et egreſſus ſpūs ait: ego decipiā. Et ſequiꝶ ingrediar ⁊ ero ſpūs mendax in ore oīm ꝓphetarū. Et dicit dn̄s decipies ⁊ preualebis. egredere et fac ita. Et ad hoc poſſent īduci mul

te ſcripture. et de egyptijs dece
ptis p filios iſrl' auctoritate dei
et de alijs. Et licet aliq̄ dicãt q̄ de-
us nõ p̄cipit in talib᷒ mẽdaciũ/
vel deceptionẽ. ſed tñ pmittit/
vel p̄nunciat ſicut ibi Johan. ij.
Soluite tẽplũ hoc ⁊ ibidẽ dicit
xiij. ca. q̄n dñs dixit iude. qđ fa-
cis fac citi᷒. nõ eñi hic imꝑatiue
loquitur ſm gloſas ſctõꝝ. ſic ibi
egredere ⁊ fac. i. egredieris ⁊ faci
es: ſicut ante dixit decipies ⁊ p̄-
ualebis. Tñ licet iſta gloſa ſit ꝓ
babilis. nõ tñ hoc p̄tendit text᷒.
ſz q̄ de᷒ illã deceptionẽ iꝑauit
ad punitionẽ maloꝝ. nec vox vi
C det improbabile. q̄re ⁊c. ¶ Ad ſe
ad .ij. gre cundã rõem ꝓ ſecũda ↄcluſione
go. p .ij. negatur ↄña: nec auctoritates
ↄcl'one. Auguſtini/ vel Anſ. hoc ꝓbant:
Sed vlterius negatur alia ↄña
in qua maior eſt difficultas. Sz
ad ꝓbationẽ dico q̄ non eſt lici-
tum dubitare. q̄ deus precipit
firmit̄ credere. ideo negatur mi-
nor. Et ad ꝓbationem dr̄ q̄ con-
ceſſo q̄ homo non poſſit teneri
ad ipoſſibile: ⁊ q̄ non poſſit am-
bobus contradictorijs aſſentire
ↄſequenter dicendũ eſt q̄ de᷒ nõ
poſſet illud preceptum dare. vt
ptz. ⁊c. ideo ratio non valet. Ad
auctoritates aũt magri/ ⁊ Aug.
in oppoſitum poteſt dici ad ma
giſtrũ. ſicut ad p̄mã rationẽ ⁊c.
Et ad Auguſti. põt dici q̄ argu
mentũ ſolum tenet gratia mate
rie. et antecedens eſt impoſſibile
cum ſit ꝓpoſitio de preterito fal
D ſa ⁊c. Et ſic põt ꝓbabiliter dici
i. regula. tenendo iſtã viã ⁊c. ¶ Unde ex
oibus pri᷒ dictis in iſto articu-
lo. ⁊ tenendo q̄ res p̄terita non
põt non fuiſſe infero quattuor re
gulas i hac materia ſatis vtiles

¶ Prima eſt q̄ nulla propoſitio
de poſſibili negatiua cuius affir
matiua de p̄terito correſpõdẽs
eſt vera eſt concedẽda de crea-
tura. niſi vbi predicatum eſt iſte
terminus verũ/ aut falſũ/ aut ali
us includens alteꝝ iſtoꝝ in ſua
rõne diffinitiua. Uerbi grã. ſi iſta
affirmatiua ſit vera. Sortes iu-
dicauit antixp̄m fore. hec negati
ua de poſſibili ſibi correſpõdẽs
nõ eſt ↄcedẽda. Sortes põt non
iudicaſſe antixp̄m fore. vel q̄ ta-
lis noticia põt nõ fuiſſe. ⁊ ſic de
ſimilib᷒. ptz ex ſupradictis. q̄ ſi
hoc ↄcederet̄ de creatura. pari
rõne dicẽdũ eẽt vel ſuſtineri poſ
ſet q̄ creatura q̄ voluit a. põt nõ
voluiſſe a. ⁊ q̄ illa q̄ peccauit p̄t
nõ peccaſſe. ⁊ ita de quolibet p̄te
rito ſicut ſupra tactũ eſt. q̄re ⁊c.
Et dico de creatura. quia talis
locutio eſt ↄcedenda de deo. ſi-
cut cõceditur q̄ deus qui iudi-
cauit ⁊ voluit antixp̄m fore. põt
hoc nõ iudicaſſe/ ⁊ non voluiſſe.
et q̄ eius noticia põt non fuiſſe
iudiciũ illius. et ratio ſupra ta-
cta eſt ⁊c. ¶ Secunda regula ta E
lis eſt. q̄ nulla ꝓpoſitio talis eſt ij. regula
concedẽda de deo. niſi vbi verbũ
ſignat actũ deo intrinſecũ. ⁊ non
effectũ p̄teritũ ad extra. Uerbi
gratia ſi iſta affirmatiua ſit vera
deus dixit/ vel ſignificauit crea-
ture antixp̄um fore. hec negati-
non eſt ↄcedenda de᷒ pote ſi non
dixiſſe/ vel nõ ſignificaſſe. q̄ iſta
verba ſignant non ſolũ actũ in-
trinſecum. ſz effectũ ad extra pre
teritũ. Et hoc dico quia ſecus ẽ
de verbis p̄ciſe ſignificantibus
actũ intrinſecũ. ſicut ſunt iſta iu
dicauit voluit ⁊c̄. vel de verbis
ſignificantibus actum extrinſe-

ſum cōnotādo tñ eē verū: vel eē
falſū. ſicut ſūt iſta reuelauit. cer-
tificauit ꝛc. vt pōt pa ꝫ ex ſupra-
dictis. ¶ Tertia regula eſt ꝙ ta
A lis locutio nūꝗ̄ eſt ꝯcedēda/ nec
regula de creatura: nec de deo niſi qñ ve
ritas ꝓpoſitiōis de p̄terito depē
det ex contingenti futuro. ptꝫ in
B ductiue ꝛc. ¶ Quarta regula ē
regu. ꝙ talis locutio eſt quandoqꝫ cō
cedenda de creatura. ſ. quādo p̄-
dicatum eſt iſte terminus veruꝫ
aut falſum. vel alius terminus i
cludens alterum ipſorum in ſua
ratiōe diffinitiua. Uerbi gratia.
concedendum eſt ꝙ illud qđ fuit
iudicium verum poteſt non fuiſ-
ſe iudiciuꝫ verum. ꝛ ꝙ reuelatio
poteſt nō fuiſſe reuelatio ꝛc. Et
ratio huius poteſt apparere ex
ſupradictis ꝛc. ¶ Unde ex iſtis ꝛ
C ſpecialiter ex quarta regula ſeq̄
tur. Primo ꝙ aliquis habuit fi-
dem qui poteſt nunꝗ̄ habuiſſe fi
dem ꝛ poſſibile ꝙ ſua fides non
fuerit fides. Patet de illo qui ha
buit fidem ꝙ antichriſtus erit q̄
fides eſt vera ꝛ de vero. vnde im
poſſibile eſt ꝙ fidei ſubſit falſuꝫ
Et ideo ſicut poſſibile eſt ꝙ an-
tichriſtus non erit: ſic poſſibile ē
ꝙ illa non fuerit fides. ſicut poſ-
ſibile eſt ꝙ non fuerit vera. Secū
do ſequitur ꝙ aliq̄s habuit ſpē
qui poteſt nunꝗ̄ habuiſſe ſpem
ꝛ poſſibile eſt ꝙ ſua ſpes non fu-
it ſpes. ptꝫ de illo qui habuit ſpē
ꝙ ſaluabitur. ꝛ ſic nō erit. quia ſe
cundum magiſtrum li. iij. di. xvi.
ca. i. Spes ē certa expectatio fu-
ture btitudinis ꝛc. ꝛ capl'o ſequē
ti dicit ꝙ ſpes nō eſt niſi futura-
rum rerū: ꝛ ideo ſicut poſſibile ē
ꝙ iſte non ſaluabitur. ita poſſibi
le eſt ꝙ non habuit certam expe-
ctationē nec ꝓ ꝯñs ſpē ꝛc. ¶ Ter
tio ſequit̄. aliq̄s ē ſaluat⁹ ꝛ meru D
it ſaluari ꝑ fidē ꝛ ſpem q̄ pōt hoc
meruiſſe ꝑ infidelitatē vel falſaꝫ
eſtiationē. Ptꝫ de illo q̄ hoc me-
ruit q̄ credidit vltimū iudiciū fo
re. ꝛ nō pōt hoc nō meruiſſe et tñ
ſua fides poteſt fuiſſe ifidelitas
vel falſa eſtimatio ſicut illud pōt
non fore. Et ſimiliter aliquis po
teſt meruiſſe damnationem per
rectam eſtimationē ꝛ verā fidem
vt q̄ credidit vltimum iudicium
nō fore ꝛc. Unde ptꝫ ꝙ hō nō me-
retur in credendo. q̄a creditū ab
eo ſit verū. nec demeretur q̄ ſit
falſum. nā hoc non eſt in poteſta
te ſua. ſed ideo meret̄ q̄a ſibi ſic
precipitur a deo/ ꝛ vult obedire/
ꝛ deus vult actum acceptare ꝛc.
¶ Quarto ſeq̄tur ꝙ aliq̄s ꝓphe E
tauit q̄ pōt nunꝗ̄ prephetaſſe: ꝛ
poſſibile eſt ꝙ ſua ꝓphetia nūꝗ̄
fuerit ꝓphetia. Patꝫ. q̄a iſte ter-
minus ꝓphetia ſiue ꝓphetia eſt
termin⁹ conotatiu⁹ ꝙ ſit de vero
¶ Unde deſcribit̄ ꝓphetia ꝙ eſt
diuina inſpiratio euentum rei i- ☞
mobili veritate demōſtans. Nō
quidē intelligēdo ꝙ ſit imobilis
id eſt neceſſaria veritas ſimplici
ter abſolute ſed conditionaliter
ſic ꝙ neceſſe eſt ſi aliquid eſt pro
phetatum illud euenire. Et ideo
ſicut poſſibile eſt ꝙ illud non ſit
verum ꝙ Job predixit de reſur-
rectione. ita poſſibile eſt ꝙ nun-
ꝗ̄ prophetauerit de reſurrectio
ne. Et de poteſtate antichriſti fu
turi erit facere ꝙ chriſtus in ali-
quibus que predixit de ipſo non
fuerit ꝓphetia. Et ſimiliter poſ-
ſet dici de multis ſꝫ trāſeo. quia
ex predictis ſatis patet via ſub-
tilibus ad multa cōcludēdum ꝛ

hac materia. Et hec de toto tertio articulo. Ad rōnes pncipalis queſtiōis patz clare ex trib⁹ articl'is pmiſſis qd dicendū ſit. Et hec de queſtione.

¶ Queſtio tertiadecima de potentia dei. ꝛ cauſalitate.

F
Queſtio decimatertia

Utrū de⁹ ſit prima cā oīpͦs et oīfaciēs.

i. arguit.

Circa quadrageſimā ſecūdā diſtinctionē et alias ſequētes in qb⁹ magiſter agit de potētia ꝛ cāſalitate dei. Quero vtrū deus ſit pria cā ſimpl'r oīpotens et vl'r omni faciens. ¶ Et arguitur primo ꝙ nō qa nō oīne poſſibile fieri de⁹ poteſt facere. igitur deus non eſt ſimpliciter oīpotens Conſequentia ſatis patz: ſed antecedens probatur. quia malum vel peccatum eſt poſſibile fieri a creatura ꝛ nō a deo. quia nō poteſt peccare. igitur ꝛc.

ij. arguit

¶ Secundo arguitur ſic. quia non omne factibile de⁹ poteſt ſe ſolo facere igitur non eſt pria cauſa vniuerſaliter oīfaciens. Cōſequētia ptz qꝛ pria cauſa vl'r omnifaciens qcquid poteſt cum cauſa ſcda pōt ſe ſola. aliter non eſſet prima. ſed aňs probatur. qa act⁹ odij dei ē factibilis a cauſa ſcda. ꝛ tn̄ illum nō poteſt deus ſe ſolo facere. aliter ſequitur ꝙ deus nullo coagēte poſſet actum culpabilem facere. quod eſt contra doctrinam ſāctorū. igitur ꝛc.

3. arguit

¶ Tertio arguitur ſic. quia nullum producibile quod de facto pducit deus pōt melius facere. igit deus non eſt ſimpl'r oīpͦs. Conſequentia ſatis ptz: ſed aňs probatur qa dei potentia productiua eſt infinita ergo quicquid producit infinite pducit. qꝛ ſua pductiua potētia ꝛ ſua pductio actiua ſūt idē. Et p pňs oīa equal'r pducit: nec pōt aliqd meli⁹ pducere eꝫ de facto pducit. Igit ꝛc. ¶ In oppm̄ oīz iſto ꝛ eſt expſſa determinatio magiſtri in littera ꝛ eſt cōis doctrina. ¶ In iſta queſtiōe iuxta materiā triū argumētorū erūt tres articuli. Primus vtrū de⁹ ſit potentia actiua ſimplicit oīpotēs. Secūdus vtrū deus ſit pria cauſa vniuerſaliter omnifaciens. Tertius vtrū deus ſit potentia infinita equaliter oīa pducens. ¶ Circa primū articulū ſic pcedam. Primo premittam aliquas ſuppoſitiōes. Scdo aliquas diſtinctiones. Tertio ponam aliquas ꝯcluſiōes. ¶ Quantū igit ad pmū in quo videndū eſt quid noīs hui⁹ termini oīpͦs. ꝛ quare deus dicatur oīpͦs ſit pria ſuppoſitio ꝙ deus dicit oīpͦs / vel oīpotentia: non a potentia paſſiua: ſed actiua. Patet: et pmo ꝙ deus dicatur oīpͦs vel oīpotentia. eſt articulus fidei. vt apparz in ſymbobo ꝛc. Vn̄ etiaz Exo. xv dicit oīpͦs nomen ei⁹. Sed ꝙ hoc nō dicat a potētia paſſiua pz. qꝛ nichil poteſt pati cum ſit intranſmutabilis. Ja. i. Apud quē nō ē traſmutatio ꝛc. ¶ Secunda ſuppoſitio ꝙ deus non dr̄ oīpͦs a potentia actiua quaſi qlz potentia actiua ſit formalit potēs qa nullā potētiā actiuā creatam (ſicut ignis alterius ve creature) habz formaliter ꝛc. Tertia eſt ꝙ deus non dicitur oīpͦs quia poſſit pducere omne poſſibile pduci. ſiue oīne illud qd produci nō iplicat cōtradictionez. Patet quia filius vel ſpiritusſanctus non eſſz

G

H

I

oṗs. Cōſequēs eſt cōtra doctri-
nā ſctōꝝ. ꝛ reputaꝛ hereticū. cō-
quētia patet. qꝛ neuter ꝑducere
pōt oē ꝑducibile cū quilꝫ eoꝝ
ſit ꝑducibilis. imo de facto pro-
duct⁹ a p̄re ꝛ non poſſit ꝑduci a
ſe ꝛc. Et eodem mō argueret̃ de
eſſentia diuina q̄ nullū ꝑducibi
bile poteſt ꝑducere ad intra ꝛc.
A Quarta ē ꝙ de⁹ nō dicit̃ oṗs qꝛ
poſſit facere om̄e poſſibile ſiue
om̄e illud quod eē nō implicat
cōtradictionē. Patet quia non
poteſt facere ſe: ꝛ tamen ip̄m eē
non implicat cōtradictionē ꝛc.
B Quinta eſt. ꝙ deus non dicitur
om̄ṗs: quia poſſit facere omne
illud quod fieri ab ipſo non im-
plicat cōtradictionem. Patet qꝛ
pari ratione om̄e illud eſſet om
nipotēs quod poſſet aliquid fa
C cere. vt patet clare ꝛc. ¶ Sexta
eſt ꝙ deus dicit̃ om̄ṗs quia po-
teſt facere om̄e factibile ſiue oē
illud quod fieri non implicat cō
tradictionem. Patet ex dictis a
ſufficienti diuiſione. quia nō ap
paret alia ratio quare dicatur
D omnipotens. ¶ Unde ex predi-
ctis pꝫ. ꝙ iſte terminus omnipo
tens: vel omnipotētia eſt vnus
terminus includens iſtum ter-
minum potens. vel potētia in re
cto. et hoc ſignū diſtributiuum
omnis in obliquo cum vno alio
termino diſtributo in obliq̄ ibi
ſubintellecto. terminus aūt ille
diſtributus pōt ſubintelligi vel
iſte terminus ꝑducibile/ vł iſte
terminus factibile ita ꝙ talis
terminus ibidem diſtribuitur. ꝛ
nō iſte terminus rectus. potens
vel potentia. ſicut ſupra dictum
fuit in queſtione de equalitate
ꝑſonaꝝ articło. 3. Et ſꝫ hoc iſte
termin⁹ oīpotētia pōt duplicit̃
ſumi. Uno modo large. ꝛ ſic de-
ſcriberet̃ oīpotētia ꝙ eſt poten
tia oīs producibilis ꝑductiua.
Alio modo ſtricte ꝛ ſic deſcribe
ret̃ oīpotentia ꝙ eſt potētia cu
iuſlibet factibilis ſiue oīs ꝑdu
cibilis ad extra ꝑductiua. Unō
primo modo nō ſumit̃ apud ſan
ctos. ſed ſcđo modo ſicut dictū
fuit in q̄ſtione ſupra dicta. Et rō
fuit ibi aſſignata. ¶ Scđo patꝫ E
ꝙ oīpotētia primo modo dicta
nō dicit ꝑfectionē ſimpł'r: nec il-
lo modo deus dicitur oīpotēs.
Patet. qꝛ talis nō cōuenit cuili-
bet perfecto ſimpł'r: qꝛ nec filio
nec ſpū̇iſancto/ nec eſſentie diui
ne ꝛc. ¶ Tertio patet ꝙ omni-
potentia ſecūdo modo dicta di-
cit perfectionem ſimpł'r. et illo
modo dicitur deus om̄ṗs. Patꝫ
quia talis cōuenit cuilibet per-
fecto ſimpł'r ꝛc. ¶ Et ſi dicatur Inſtātia
ꝙ pari ratione qua dicit̃ ꝙ poſ
ſe facere aliquā rem ſiue eam ꝓ
ducere per factionem (ſicut crea
turam) dicit perfectionē ſimpli-
citer. eadem ratione poteſt dici
ꝙ poſſe ꝑducere aliquā rem (ſi
cut diuinā perſonā) ē poſſe ſim
pliciter. et dicit perfectionē ſim
pliciter. et ſic aliqua perfectio
ſimpliciter conuenit patri q̄ nō
conuenit filio. qꝛ poſſe ꝑducere
aliquā rē ꝛ nō per factionē non
videret̃ diminuere de perfectio
ne ꝛc. ¶ R̄ndeo ꝙ ex his q̄ ſunt F Solutio
fidei ſequitur ꝙ non poſſe ꝑdu-
cere filiū/ vel ꝑſonā diuinā ſtat
cū oīpotētia que đt perfectionē
ſimpł'r. hoc tñ nō eſt euidens. ſi-
cut bene ꝓbat rō. ſed tñ aliquā
creaturā non poſſe ꝑducere (ſi-
cut hoīeꝫ vł aſinū. ſiue aliq̄d nō

poſſe ꝓducere qḋ tñ eſt factibile/nõ ſtat cũ oipotẽtia q̃ dicit ꝑfectionẽ ſimplr̃.licet etiã hoc nõ ſit euidens. Pꝫ:q2 multi philoſophi poſuerũt primã cauſam nichil facere vel agere in genere cauſe efficientis:ꝛ tñ eſſe pfectã ſimpliciter. Et ideo poſſe ꝓducere diuinã pſonã nõ dicit perfectionẽ ſimpliciter ſed bene poſſe ꝓducere creaturã.ꝛ ſic aliqs eſt ſimpliciter pfectus qui non poteſt producere quodlibet producibile ſicut diuinã pſonã ꝛ tñ nõ eẽt ſimplr̃ pfectus ſi aliquã creaturã nõ poſſet ꝓducere. Et licet nõ ſit euidẽs. quare vnum magis debeat ꝯcedi ꝙ̃ aliud. tñ vnũ debet cõcedi ꝛ nõ aliud:q2 ad hoc obligamur ꝑ fidē. ſicut clare patet ex ſupradictis ꝛc.

¶ Quarto patet ꝙ cũ oipotentia que dicit pfectionem ſimpliciter ꝛ ſm quã deus dicitur oipotens ſolũ reſpiciat ꝓ obiecto creaturam ſiue rem ꝓducibilẽ per factionem. ideo oipotentia ſic dicta et oĩs illo modo bene deſcribitur per hanc oꝛõnẽ vel equiualentem ſcilicet potens facere quicquid fieri nõ implicat ꝯtradictionẽ.

Op. hugolini.

¶ Sed hãc deſcriptionẽ reprobat hugolinus et inſtat cõtra eã.q2 pctm̃ fieri non implicat cõtradictionẽ. ꝛ tñ deꝰ non poteſt facere pctm̃ ꝛc. Ideo dat aliam deſcriptionẽ et dicit ꝙ omnipotens eſt qui poteſt facere quicquid fieri ab omnipotente non implicat cõtradictionem.

Improbatio hugoli.

Hec autem ratio nichil valet. quia deſcriptum ponitur in deſcriptione quod non debet fieri ſicut patet. vi. thopicorum. ideo non eſt deſcriptio ſed ridiculoſa petitio. Nec valet inſtãtia qꝛ tenẽdo ꝙ deꝰ nõ põt facere peccatũ:ꝯñter dicendũ eſt ſicut ipſe tenet ꝙ pctm̃ nichil eſt ideo ſub illo diſtributiuo quicqḋ qḋ ſolum diſtribuit iſtũ terminũ ens nõ conueniẽter ſumitur ille terminus pctm̃. ideo non valet ſua ꝯña vt patet. Uñ cũ omnipotẽtia nõ habeat ꝓ obiecto niſi creaturam. vt dictum eſt. ꝛ peccatum ſm ipſum non ſit creatura patet manifeſte ꝙ non valet ſua inſtantia. ſed de aſſũpto magis alias videbitur ꝛc. ¶ His ergo premiſſis ad maioꝛẽ declarationem predictoꝝ videndũ ẽ vtrũ omne poſſibile fieri ſiue oẽ qḋ fieri non implicat contradictionem deus poſſit de ſua abſoluta potentia facere. ¶ Circa qḋ ad declarationẽ terminoꝝ premittã tres diſtinctiones. Scḋo ad articulũ ponã tres ꝯcluſiões.

¶ Prima diſtinctio ẽ de iſto termino poſſibile. Nã poſſibilium quedã ſunt incomplexe ſignificabilia. quedam vero complexe. Pꝛio modo adhuc poſſibile ſumitur duplr̃. Uno modo vt diſtinguitur contra actum eius. ꝛ ſic oẽ quod nõ eſt ꝛ põt eſſe (ſicut antixp̃s) dicitur quoddã poſſibile. Alio modo vt diſtinguitur ꝯtra neceſſariũ.ꝛ ſic oĩs entitas et iam actu exñs que poteſt eſſe et poteſt nõ eẽ dr̃ quoddã poſſibile. Et ꝓpoꝛtionabiliter poſſibile ſecũdo modo dictũ põt dupliciter accipi. Uno modo vt diſtinguitur cõtra verum ꝛ ſic ſolum enunciabile non verũ ꝛ nõ impoſſibile eſt poſſibile. Alio modo vt diſtinguitur contra verum neceſſarium. ꝛ ſic oẽ enun-

ciabile etiam verũ potens tñ eẽ falſ. ⁊ ðr poſſibile. Quãtũ ergo ad primũ modũ aliq̃d dicit̃ poſſibile fieri. q2 põt fieri aliqua entitas. Sed ſcðm ad ſcðm aliquid dicitur poſſibile fieri nõ q2 talis ꝑpoſitio vel enunciabile poſſit fieri ſed q2 poteſt fieri ꝙ ita ſit ſi
A cut p eã ſignat̃ ⁊c. ¶ Scða diſtictio eſt de termino iſto facere. Unde ſm ꝙ ſententialiter ponit Anſel. de caſu dyaboli. pmo capitulo. aliq̃s dicitur facere dupliciter. Uno modo poſitiue et hoc dupliciter. ſc3 vel de nouo efficiendo vel factum conſeruãdo. Alio modo negatiue non faciendo oppoſitũ/ſeu ipſã nõ ꝓhibeudo cum tamen hoc poſſet. Et ſic dicitur deꝰ facere aliqua3 rem que erat non eſſe cum ceſſat facere eam eẽ ⁊ ſimiliter que nõ ſunt poteſt dici facere non eẽ q2 cu3 poſſit nõ facit ea eẽ. hoc modo loquitur Augu. xij. libro de ciui. dei. ca. xvij. Res quas deus condidit et vt priꝰ non eẽnt egit ꝙdiu non fuerũt ⁊ vt poſterius eẽnt qñ eẽ ceperunt. Pmo modo ſumit̃ proprie. ⁊ ſecundo mõ im
B proprie. ¶ Tertia diſtinctio eſt circa iſtũ terminũ potẽtia abſoluta. Unde deum poſſe aliq̃d facere ſolet dupliciť intelligi. Uno modo ſm potentiam abſolutã. Alio modo ſcðm potentiã ordinatã non ꝙ in deo ſint due potẽtie, vna abſoluta ⁊ alia ordinata ſed deꝰ dicitur illud poſſe de potẽtia abſoluta quod ſimpliciť ⁊ abſolute põt. Et ſic intelligitur deꝰ opa. et de tali potentia ſẽp loquar in pñti articulo. vt ſatis pt3. S3 deũ aliquid poſſe de potentia ordinata poteſt dupliciť intelligi. Uno modo ſtricte q8 poteſt ſtãte ſua ordinatiõe qua eternaliť voluit ſe ſic/vel ſic eſſe facturũ. ⁊ ſic ſolum poteſt illa q̃ ipſe ordinauit ſe facturum. Alio modo põt intelligi magis large quod põt ſtante veritate legis ſeu ſcripture diuine. Et ſic poſſibile ordinate poteſt dici illð q8 eſt poſſibile abſolute et non obuiat alicui veritati legis ordinate vel ſcripture ſacre. Et vtroq3 iſtorũ modoꝝ dicitur ꝙ impoſſibile ẽ de potentia ordinata vltimum iudiciũ nõ fore. q2 lic3 ſit ſimpliciter et abſolute poſſibile tamen non ſtat cu3 eterna dei ordinatiõe/⁊ obuiat ſacre ſcriptu-
re. ¶ Iſti autem duo modi differunt quia aliquid eſt impoſſibile de potentia ordinata pmo modo et non ſecundo modo. Sicut ſi ſortes ſit reprobatus hec eſt impoſſibilis de potentia ordinata primo modo. Sortes ſaluabitur. vt patet ⁊c. et tamen non eſt impoſſibilis ſecundo modo: quia eſt abſolute poſſibilis. nec obuiat ſacre ſcripture. cum nec hoc nec eius oppoſitu3 ſitꝰ reuelatum in ſcriptura. Similiter etia3 aliquid eſt poſſibile de potentia ordinata ſecundo modo et non primo modo. ſed nunq̃ econuerſo quia quicquid obuiat ſcripture ſacre repugnat ordinationi diuine. ſed non econuerſo. Et ideo ſecũdus modꝰ eſt in plus ꝙ primꝰ. vt patet. quia quicquid ẽ poſſibile primo mõ eſt poſſibile ſecundo modo. ſed nõ ecõuerſo vt dictu3 eſt. Scðs aũt modus videt̃ magis ꝓpriꝰ ꝙ primus. q2 ſm primũ modum nihil ẽ poſſibile de potẽtia ordi

nata niſi quod ē vel erit. Simi=
liter iſto mō cuiuſlibet cōtradi=
ctionis de ꝯtingēti vna pars eſt
īpoſſibilis de potētia ordinata.
nō aūt ſcđo mō. vt pꝫ de iſtis. ſor=
tes ſaluabit̄ ſortes nō ſaluabit̄.
demōſtrato aliquo viatore. Et
iſtud facilit̄ ptꝫ ꝛc. Predicte aūt
diſtinctiōi ꝯcordat illa diſtictio
magiſtri in littera. ꝛ quorūdam
antiquoꝝ ꝙ q̄dam deꝰ poteſt de
potentia q̄ nō poteſt de iuſticia
Iſtud eñi dicitur nō poſſe de iu
ſticia qđ obuiat ordinationi ſue
volūtatis vel veritati ſue legis
quaꝝ vtraq; eſt regula iuſticie.
ſed illud dicit̄ poſſe de potentia
abſoluta qđ abſolute ꝛ ſimplici
ter pōt ꝯ̄ſuis oppoſituꝫ ordina
D uerit ꝛ reuelauerit ꝛc. ¶ Hiis ĝ
diſtinctiōibꝰ p̄ſuppoſitis ponā
ꝯtra magiſtrū Gregoriū tres cō
cluſiones reſponſales huic arti
i. ꝯcluſio culo. ¶ Prima eſt ꝙ omne poſſi
bile primo modo (id eſt oēm en=
titatē poſſibilē) deus poteſt fa=
ii. ꝯclu. cere accipiēdo facere primo mō
¶ Scđa eſt ꝙ oē poſſibile enun
ciabile deus poteſt facere eē ve
rum: accipiendo facere primo/ ꝛ
iii. ꝯcluſio ſecundo modo. ¶ Tertia eſt ꝙ
nō oñe tale poſſibile deꝰ poteſt
facere eē verum accipiēdo face=
re primo modo. ¶ Probat̄ pma
E ꝯcluſio auctoritate ſcripture ſa
Probat̄. cre. q2 nō poteſt euidēter ꝓbari
i. ꝯcluſio ratiōe. vt tactū eſt ſupra/ ꝛ poſt
etiā dicetur. Ad hoc autē eſt ex
preſſa auctoritas Sap. vii. vbi
de ſapiētia īcreata dr̄ ꝙ eſt oīm
artifex ꝛ habens oēm virtutem.
Et iterū cum ſit vna oīa poteſt.
igitur ꝛc. Et itez. Sapiētie. xi.
Quomodo poſſet aliquid pma
nere niſi tu voluiſſes. Igit̄ non

ſolū deus qđlibet poſſibile pōt
facere. ſꝫ etiā factū conſeruare,
imo ſine ipō nō pōt ꝯſeruari in=
eſſe. quare ꝛc. Multe alie aucto=
ritates ſcripture ꝛ doctoꝝ poſ=
ſent induci ſed iſte ſufficiunt ꝛc.
¶ Scđa etiā ꝯcluſio nō pōt eui F
dent̄ ꝓbari rōne: ſꝫ ꝓbat̄ aucto= Prob
ritate. Primo ꝑ v̄buꝫ xp̄i. Mat. ii. ꝯc
xix. Apud deū oīa poſſibilia ſūt
Secūdo per illud Luce. i. Non
erit impoſſibile apud deuꝫ oñe
verbū. i. omne enūciabile nō im
plicans ꝯtradictionē. Tertio ꝑ
illud Gen. xviii. Nunquid deo ē
quicq̄ difficile? In oībus autē
his fit locutio de poſſibilibꝰ cō=
plexis. vt ptꝫ intuēti ſcripturā.
ꝛc. ¶ Tertia ꝯcluſio probatur. G
Nam poſſibile eſt nullam rē pre Prob
ter deum eē. et tamen illud non iii. ꝯc
poteſt deus facere loquēdo pro
prie de facere. Nā ſi illud ſic fa=
ceret iam aliquid preter deuꝫ eſ
ſet. Illud tñ poteſt facere ſecun
do modo. Hanc autē cōcluſionē
ꝓbat magiſter Gregorius ꝑ hoc
ꝙ poſſibile eſt creaturam pecca
re. ꝛ tamen deꝰ nō poteſt facere
creaturaꝫ peccare. primo modo
capiendo facere. Et hoc ipſe ꝓ=
bat tripliciter. ſed quicq̄d ſit de
veritate ꝯſequentis alias oſten=
dam ꝙ rationes ſue non ſunt ef
ficaces quando agam de cauſa
peccati ꝛc. Concedit tñ (et hoc ē
verū) ꝙ deꝰ poteſt facere creatu
ram peccare: et facere mala: et
peccata/ accipiendo facere ſecū=
do modo. quia hec permittit et
poſſet ea impedire ſicut ſatis pꝫ
¶ Ex p̄dictis ſequuntur aliqua H
correlaria. Primo ſequitur ꝙ ad
oīpotentiā quam deo attribui=
mus nō ꝑtinet ꝙ oñe poſſibile

poſſet facere primo mõ. Patz de
iſtis. de⁹ nihil facit / vel ↄſeruat
⁊c. Scḋo ſequit̃ ꝙ ab oipotētia
quã deo attribuim⁹ ptinet ꝙ oē
poſſibile nõ vez ad qḋ eē veruz
nõ ſequit̃ ↄtradictio ſeu ꝑmum
pn̄cipiũ nõ eē. poſſit facere eſſe
verũ accipiẽdo facere cõmunit̃
ad primũ ⁊ ad ſcḋm modũ. Siue
breui⁹ loquẽdo. oē tale põt ꝑ di
uinã potentiã eē vez pz ex pre
dictis: ⁊ dico poſſibile ad quod
eſſe verũ nõ ſequit̃ ⁊c. q: aliqḋ ē
enũciabile poſſibile ad quod eſ
ſe verũ ſeqtur cõtradictio. ſicut
iſtud nullũ enũciabile eſt verũ.
A ⁊c. ¶ Tertio ſequit̃ ꝙ nõ eſt no
bis euidens nec demonſtrabile
ꝑ rationẽ: aliquã potentiã acti
uam eē oipotentē. ptz. q: nõ eſt
ſic euidens aliquaz poteſtatem
actiuã eē vniuerſaliter efficien
tem. Igr̃ ⁊c. Cõſequentia ſatis
patz. ⁊ antecedens apparebit in
ſcḋo articulo ⁊ ſatis ptz ex alias
dictis. Quarto ſequit̃ ꝙ ꝗ̃s pro
babile eſt aliquã potentiã acti
uam in q̃libet actiõe preexigi vl̃
eē vniuerſaliter efficientem. taz
probabile eſt eam eē oipotentē
Patet clare. q: illa potentia eſt
oipotēs q̄ poteſt facere quicq̃d
põt fieri. ſicut ptz ex quid nois.
ſed quicũq; poneret cauſam vni
uerſalē in genere cauſe efficien
tis poneret eam potentē facere
quicq̃d poſſet fieri. vt ptz ex q̃d
nois cauſe vniuerſaliter efficiē
B tis ⁊c. ¶ Quinto pz clare ex pre
dictis. q: illi philoſophi qui po
ſuerunt non poſſe fieri aliũ mũ
dum. ⁊ nihil poſſe creari. ⁊ mate
riam a nullo poſſe fieri. ⁊ etiam
potentes plura neceſſaria eſſe.
ſicut corpora celeſtia ⁊ intelligē
tias celeſtes. ⁊ tñ cũ hoc ponen
tes vnã cauſã primã vniuerſalē
in genere cauſe efficientis habe
bant ↄſequent̃ ponere eã eē oi
potentē. ptz manifeſte ex p̄dictꝭ
Sexto patz ex hoc ꝙ lz iſta ↄſe
quentia ſit bona. de⁹ ē oipotēs
ergo deus poteſt aliũ mundum
facere vel aliquid creare. vel põt
ſe ſolo quicquid poteſt cuz alio
tamen nullo modo eſt euidens
naturaliter. patz ꝙ ſit bona. q:
conſequens eſt neceſſarium ⁊c.
Sed ꝙ nõ ſit euidens ſatis patz
imo antecedens eſt probabile in
naturali lumine ⁊ nõ cõſequens
imo magis oppoſitum vt ſatis
ptz. et magis patebit in ſecundo
articulo. ¶ Septimo ſequitur
ꝙ de⁹ ē oipotens: non ſolũ quo C
ad effectũ. ſed etiã quo ad effici
endi modũ. patz hoc. Pro cuius
declaratione ſciendũ eſt ꝙ om
nipotēs poteſt dupliciter intel
ligi. Uno modo quo ad effectuz
ſcz q: poteſt in omnez effectum.
Alio modo quo ad efficiẽdi mo
dum. ſcz q: ſe ſolo poſſit in oēm
effectũ. Utroq; mõ aũt deus eſt
omnipotens. De primo eñi nõ
eſt dubium vt ptz ex p̄dictis. ſed
de ſecũdo modo ꝓbabile eſt ſe
cundũ fidē vt ptz ex ſecũdo cor
relario. ⁊ magis patebit ex ſecũ
do articulo. Octauo patet ꝙ ꝓ
babile eſt in lumine naturali ali
quam potentiam eē omnipotē
tem quo ad effectum. licet nõ ſic
quo ad efficiendi modum. Pa
tet. quia primum eſt ſic probabi
le / ⁊ non ſecundum ſaltem nõ ita
apparenter ſicut ſuũ oppoſituz
⁊ hec omnia magis patebũt ex D
ſecundo articulo. ¶ Ex omnib⁹ Ad ꝑmũ
ſupradictis ptz reſponſio ad ar pn̄cipale

gumentū factū primo loco ante
i.opinio. oppoſitū. ¶ Uñ ſcōm illos q̄ te
nent ꝙ deus eſt cā peccati ⁊ pōt
cauſare aut velle peccatuz ſicut
Ockā. Biā⁊ ō. ⁊ plures ſolēnes
doctores concedūt negarent añs
Et ad ꝓbationē negarent minor
⁊ negarent vltra illa ꝯſequentia
deꝰ poteſt facere peccatuz ergo
poteſt peccare. q: p ꝯñs impor
tatur ꝙ deꝰ poſſet aliquid male
facere/ vel aliqualiter facere quali
ter nō debet/ quod ē īpoſſibile
E hoc autē nō denotatur p antece
ij.opinio dens. Sed de hoc alias. ¶ Sed
ſcōm illos qui illud nō tenēt ne
garetur talis ꝯña quicquid eſt
poſſibile fieri deus poteſt face
re. ſed peccatū poteſt fieri a crea
tura. ergo peccatū poteſt deus
facere. Unde hic eſt fallacia fi
gure dictiōis. quia in maiori di
ſtribuitur vnum ſimpliciter abſo
lutum p hoc diſtributiuū q̄cq̄d
⁊ in minori accipitur ſub illo vnuz
connotatiuū. q: peccatū: vel pec
care nō tantū importat illam rē
que producit ſed etiam īportat
aliquē obligatū ad oppoſitam
illiꝰ quod facit/ vel omittit. ideo
eſt fallacia figure dictionis. Et
poteſt dari exēplum ſi arguitur
ſic. quicquid poteſt fieri deꝰ po
teſt facere. ſꝫ creatura pōt mori:
ergo deꝰ poteſt mori. Nō eñ va
let ꝯña. q: mori nō importat pre
ciſe deſtructionem alicuiꝰ rei ſꝫ
connotat deſtrui eā rem que di
citur mori. Et ideo licet deꝰ pōt
cauſare deſtructionem rei q̄ mo
ritur. tamē nō poteſt mori in ꝓ
pria natura. ſic in propoſito ⁊c.
F Et hec de prīo articulo. ¶ Quā
ij.articu. tum ad ſecundū articulū in quo
videndū eſt vtrū deus ſit prima
cauſa vniuerſaliter omni faciēs
Primo videbitur quid tenendū
ſit circa hoc ſcōm fidē. Scdo q̄d
dicēdū eēt ſequēdo rationē na
turalē. Circa ꝑmū ꝑmittā aliq̄s
ꝓpoſitiones que ſunt ſuppone
de ex fide. nec poſſunt euidenter
probari ex ratione. Prima eſt ꝙ
oīm que fiunt deus eſt cauſa ea
de nō eē ad eē producens. Patz
p illud Joh. i. Oīa per ipſum fa
cta ſunt. Et illud ſymboli fctōrē
oīm viſibiliū ⁊ inuiſibiliū ⁊c. Se
cūda ē ꝙ oīm q̄ fiūt deꝰ eſt cauſa
ea immediate de non eē ad eē ꝓ
ducens. hec ꝓpoſitio eſt contra
illā opinionē quā recitat Augu
ſtinꝰ. v. ſup Geñ. c. xxiij. vbi dicit
Sunt eñ qui arbitrantur tantuz
mundū ipſum factū a deo cete
ra fieri iam ab ipſo mundo ſicut
ille ordinauit ⁊ iuſſit. deū autez
ipſum nihil operari. hanc ibi ex
preſſe reprobat Auguſtinꝰ. Et
p illud verbū xp̄i Joh. v. Pater
meus vſq3 modo operatur ⁊c. et
per multas alias auctoritates.
Et ibidē determinat p multa ca
pitula. ꝙ ꝓductionē cuiuſlibet
effectus deꝰ immediate ſimul cū
alijs cauſis ſecūdis concurrit ⁊
principalius ꝓpter quā princi
palitatē dicit aliquādo iſta non
niſi a deo fieri et ipſa creari ⁊c.
¶ Tertia ꝓpoſitio eſt. ꝙ oīm q̄
facta ſunt deꝰ eſt cauſa ea imme G
diate in eſſe conſeruans. ptꝫ pri
mo p auctoritatē ſapiētis ſupra
inductā in primo articulo. Itez
ad Coloſ. i. Oīa p ipſuz/ et in
ip̄o creata ſunt. Et ſequitur. Et
oīa in ipſo cōſtant. Item Heb. i.
Portās oīa verbo virtutis ſue
Ubi gloſa. ſicut ab eo creata ſūt
oīa. ita per eū cōſeruantur. Plu

yes ſũt alie auctoritates ſcriptu
re ⁊ Auguſtini. Quarta ꝓpõ eſt
ꝙ oĩm que fiũt/vel facta ſunt ſo
lus de⁹ eſt immediata cauſa ꝓ
ducens vl' ꝯſeruãs. Ptz ꝗ nulla
eſt cauſa prior a qua moueatur
A ad cauſandũ. vt dicit Aug. ⁊ ꝓ
bat magiſter in littera. ¶ Quin
ta eſt ꝙ nõ oĩm que fiũt vel fctã
ſũt ſolus de⁹ ẽ imediata cauſa ꝓ
ducens vel ꝯſeruans. Ptz ꝗ ali
ter ſequitur ꝙ creatura nichil i
mediate ꝓduceret vel conſerua
ret. ꝯtra illud Luc.xxi. vbi xp̃us
dicit ꝙ arbores producunt ex ſe
fructũ ſimiliter videmus ꝙ ad
abſentiã ſolis deſinit ei⁹ lumen
ergo ꝓbabile eſt ꝙ ſol ipſum ꝓ
ducit ⁊ ꝯſeruat. Et multa poſſet
induci ſed ſatis patet. Sexta eſt
ꝙ oĩm que fiunt vel facta ſũt ſo
lus deus poteſt eſſe immediate
cauſa ꝓducens et conſeruans.
patz primo negatiua excluſiue.
ſcilz ꝙ nichil aliud a deo ſe ſolo
hoc poſſit/ſatis pz. ꝗ ad minus
ſuꝑpſitus nõ poteſt eſſe cauſa. ⁊c
Sed affirmatiua excluſiue. ſcilz
ꝙ de⁹ hoc poteſt ſe ſolo licet nõ
poſſet ꝓbari euidẽter ex ſcriptu
ra. tamen apparet ꝓbabilis ſe
cundũ fidẽ. ꝗ nichil eſt a deo di
ſtinctũ q̃n poſſit eſſe abſqꝫ alio
creato ab eo totaliter diſtinctũ.
ꝗ quodlibet tale eſt contingẽs
ſecundum veritatẽ fidei. nec ad
ipſũ eſſe ſequitur neceſſario ali
ud creatum ab eo diſtinctum eẽ
nec per conſequens ad ipum nõ
eſſe aliud non eſſe. Et per conſe
B quens de⁹ poteſt ſe ſolo quicq̃d
poteſt cũ alio. ⁊c. ¶ Septima ꝓ
poſitio eſt ꝙ quicquid deus fa
cit vel conſeruat libere ⁊ nõ ne
ceſſario facit vel cõſeruat. pz pu
mo auctoritate ſupra allegata.
Sap.xi. Itẽ in pſal. quecũqꝫ vo
luit fecit. Item Eph.i. De⁹ oia
opaꝛ ſcdm ꝯſiliũ volũtatis ſue.
ergo libere ⁊ ꝯtingenter. Verũ ẽ
tñ ꝙ iſta ꝯña nõ eſt euidens. q̃a
poſſet dici ꝙ licet de⁹ opaꝛ p vo
luntatẽ/⁊ p libertatẽ ꝯplacentie
nõ tñ ſequiꝛ ꝙ libertate ꝯtingẽ
tie. ſed tñ ꝯña illa eſt catholica.
Itẽ ptz aliter ꝗ ſi nõ. ⁊c. ſequiꝛ
ꝙ aliud a deo eſſet neceſſe eſſe: ꝗ
neceſſario de⁹ illud faceret ⁊ cõ
ſeruare. ⁊c. Octaua ꝓpõ eſt q̃
q̃d de⁹ facit/vel ꝯſeruat ꝯtingen
ter vult facere/vl' ꝯſeruare. Ptz
ex alia. ꝗ impoſſibile eſt eũ face
re vl' ꝯſeruare aliquid ⁊ nõ velle
facere/vl' cõſeruare illud. vl' etiã
econtra. Et p ꝯſequens ſicut cõ
tingenter facit ſic vult ꝯtingenꝛ
facere. ¶ Sed contra hanc pro Inſtãtia ꝯ ꝓpõnẽ
poſitionem eſt quedam opinio
dicens ꝙ deus nichil vult con
tingenter facere quia aut illud
velle ſimpliciter in ſe eſſet con
tingens quod nõ poteſt dici. cũ
illud velle ſit deus ⁊ per conſe
quens neceſſe eſſe. Aut habitu
do illius velle ad illõ quod vult
facere eſſet contingens. hoc non
quia non poteſt aſſignari que
res eſſet illa habitudo vtrũ ens
rationis vel reale niſi ponatur
ꝙ ſit ipſummet velle diuinum.
Et p ꝯñs ſicut ip̃z eſt ſimpl'r ne
ceſſariũ ſic ⁊ illa hĩtudo. ⁊ p ꝯñs
neceſſario vult. Unde finaliter
concludit hec opinio ꝙ de⁹ pro
ducit quicquid producit abſqꝫ
hoc ꝙ determinetur p aliquod
velle intrinſecum ad producen
dum et tamen dicitur volunta
rie producere. quia in ſua pote
ſtate habet ꝓducere ⁊ nõ ꝓdu

C Improbatur inſtantia.

cere. Hec aūt opinio falſa ē. nec ſufficiēter ſeipāꝫ exprimit. ideo dico breuiter ꝙ ſicut deꝰ ꝯtingēter aliq̄d ſcit fore. ſic cōtingēter aliq̄d vult facere. Nec ex hoc ſequit ꝙ in deo vel dei ſciētia vel volitione ſit ꝯtingentia intrinſeca. Ūn ad rōnē oppoſitā dico ꝙ nec velle diuinū quo vult aliq̄d facere/ nec eiꝰ habitudo ad illud eſt contingēs ſed ſimplr neceſſe eē ipm tn̄ velle eſt ꝯtingēter velle faciendi illud ⁊ habitudo ē cōtingens habitudo ad illud ſicut dictum eſt ſupꝛa de pꝛeſcientia reſpectu futuri ꝯtingentis. ⁊ ſimilis difficultas ē vtrobiq̄. Nona ꝓpoſitio ē ꝙ licet deꝰ ſit neceſſario omnipotēs tn̄ ꝯtingenter ē omni faciens. ptꝫ ex dictis. Decima eſt ꝙ q̄uis neceſſario deꝰ eſt omnipotēs tn̄ neceſſario ſi aliq̄d fit ipſe eſt oīfaciens. ptꝫ ſicut nihil fit ſine ipſo: ſic nichil pōt fieri ſine ipō vt diffuſe ꝓbat Brand. in ſumma ſua. Unde hec eſt radix ad defendendā cauſaꝫ dei contra pelagiū. vt patebit ī ſecundo ⁊c.

R. inſtā.

D Iſtis ꝓpoſitionibꝰ pꝛeſuppoſitis ex fide conſequēter vidēdū eſt quid circa hec ſit ꝓbabile naturali ratiōe. Unde ſit hec vndecima pꝛopoſitio. ꝙ probabile eſt naturali ratiōe ꝙ omnium que fiunt vel facta ſūt deꝰ eſt pꝛima cauſa/ ipſa mediate vel immediate producens vel conſeruans. ptꝫ. quia probabile eſt deū eē cauſam pꝛimā actiuam ꝑfectiſſimā et per ꝯſequēs vniuerſalē reſpectu oīm effectuum. Non eſt tn̄ ita apparēter ꝓbabile ꝙ deꝰ ſit immediate cauſa oīm effectuū. quia multi philoſophi concedunt pꝛimū et negant ſcōm ſicut ſupꝛa etiā patꝫ. Et q̄ fuerit circa hoc opinio Ariſtotelis. dubiū eſt q̄cq̄d tn̄ ſit de hoc: dico ꝙ ꝑ nullā rōnē multū apparentē pōt ꝓbari deū nō eē cām imediate ꝯcurrētē ad oēm effectum ⁊c.

E ¶ Duodecima propoſitio eſt ꝙ nō eſt ita ꝓbabile naturali ratione ꝙ deꝰ poſſit immediate facere ſe ſolo quicquid poteſt cum alia ſicut oppoſitū. licet neutrū etiā ſit demōſtrabile. ptꝫ. quia cōmuniter oēs philoſophi ꝯceſſerūt ꝙ ex nihilo nichil pōt fieri ſicut ptꝫ pꝛo phiſicoꝝ. ergo ſaltem in iſtis generabilibus ⁊ coꝛruptibilibꝰ nō poſuiſſent deum per ſe poſſe facere foꝛmas generabiles ⁊ coꝛruptibiles. Aliter ſequitur ꝙ poſſent creari qđ eſt contra ſuppoſituꝫ quod eſt pꝛobabilius in naturali lumine q̄ ſuū oppoſitū q̄uis nō ſit demonſtrabile. Et ſi petatur vnde philoſophi mouentur ad ponendum cauſam ſcđam neceſſario concurrere. dico ꝙ pꝛopter hoc quia vident ꝙ cauſa ſecunda appꝛoximata ſequitur effectus: ⁊ ipſa non poſita nunq̄ ponitur. Quā rationē tāgit philoſophus ſecundo de generatione ad pꝛobandum ſolem eē cauſam iſtoꝝ inferioꝝ. Itē illud etiam poſuerunt ꝓpter hoc q̄a cum deꝰ ſm eos ſit cauſa naturalis: ⁊ non libera libertate ꝯdictionis ſi poſſet aliquē effectum ꝓducere ſine cauſa ſecūda queꝫ ꝓducit cū ea. ſequitur ꝙ an̄ appꝛoximationē cauſe ſecunde ꝓduceretur effectꝰ ille ꝓpter exiſtentiā cauſe ſufficientis. cuius tamē experiētia declarat oppoſitum. Nec tn̄ pꝛopter hoc nega

uerūt deū eē cām pmā oim̄ effe-
ctuū/vel imediate/vel ſaltem me
diate. Et ſi dicatur ꝙ cauſa ꝑoꝛ
prius agit. ergo in illo prioꝛi non
agit cauſa ſecunda etc. Dico ꝙ
non eſt imaginandum ꝙ cā dica
tur pma. quia in aliquo inſtanti
prioꝛi opereť ad effectū ⁊ in ſecū
do inſtāti opereť cā ſcđa ad eun
dem effectū ſed in eodem inſtan-
ti totaliť vtraqꝫ. Et ideo negatur
de virtute ſermonis ꝙ cauſa pri-
ma prius agit niſi intelligitur ꝑ-
us. id eſt principalius et perfe-
A ctius. vel aliq̄ tali modo. ¶ De-
cimatertia eſt ꝙ probabile eſt na
turali ratione ꝙ quicq̄d deꝰ agit
ipſe agit libere. Patz. quia nobi
liſſimus modus agendi (ſcꝫ ꝑ in-
tellectum ⁊ voluntatem) eſt deo
attribuendus. ergo deus agit li-
bere. quia per voluntatez ſeu vo
luntarie ſaltez libertate compla
centie. Non eſt tamen ita appa-
renť probabile ꝙ libertate conti
gentie. quia non eſt clarum ꝙ oē
agens per voluntatem agit con-
tigenter: et non naturaliter. Nā
multi phi concedunt deum age-
re per voluntatē: ⁊ tamen neceſſi
tate nature etiam multi theolo-
gi concederent ꝙ deus per volū
tatem ꝓduceret ſpiritumſāctum
⁊ tamen naturaliť ⁊ neceſſario. ğ
eodem modo ſtat ꝙ deus agat ꝑ
voluntatem: vel voluntarie ⁊ ta-
men neceſſitate nature. Ideo ſit
hec quartadecima propoſitio ꝙ
nō eſt ita ꝓbabile naturali rōne
ꝙ deus agat libere libertate cō-
tingentie. ſicut oppoſitum licet
neutrum ſit demonſtrabile. Pa-
tet ex predictis in duodecima ꝓ
B poſitione ⁊c. ¶ Si vero dicatur
Inſtātia contra. q̄a aliqua cauſa agit ꝯti-

genter. ğ pria cā etiā agit ꝯtigen
ter. Añs ptz de volūtate creata.
q̄ etiā a pho cōceditur eſſe libe-
ra. Et cōſequētia tenet q̄a queli
bet cauſa ſecunda agit inquan-
tum mota a prima. et per conſe-
quens eodem modo mouebit et
cauſabit ſicut pria. ¶ Dico hic
ꝙ illa ꝯſequētia a multis philo- C
ſophis negareť. ⁊ ratio eſſꝫ q̄a di Solutio
cerent ꝙ vel voluntas non depē
det a cauſa prima niſi in conſer-
uari: ⁊ non in ſuo libere operari
vel ſi ita foret ꝙ non ſtaret ſcđm
cauſaꝫ agere prima non coagen
te. tamen adhuc non ſequiť ꝙ ne
ceſſario ageret cā ſecunda quo-
niam non ſtat voluntatem velle
niſi intellectu coagēte. Et tñ nō Alia ſo°.
ſequitur intellectus neceſſario ī
telligit. ergo voluntas neceſſa-
rio vult. Et ſic in propoſito. Di-
co tñ ꝙ prima ſolutio eſt proba-
bilioꝛ q̄ȝ ſecunda. quia cum idem
effectus nō poſſit eſſe neceſſario
ab vna cauſa/ ⁊ contingenter ab
alia. videtur michi ꝙ ſi concede-
retur ꝙ deus coagit īmediate ad
actū volūtatis. quod ſi contingē
ter ⁊ libere eſt a voluntate etiam
cōtingerter eſt a deo. Et ſic con-
ceſſa libertate cōtingentie in vo-
lūtate creata etiā ꝯcedēda erit in
volūtate diuina. quare ⁊c. ¶ Si D
autē queratur quid ſuꝑ hoc ſen-
ſerit Ariſtoteles. dico ꝙ eius in
tentio fuit ꝙ deus nō operatur
libere libertate ꝯtingentie. Ali-
ter habuiſſet cōcedere ꝙ ipſe po
tuiſſet velocius et tardius moue
re primum mobile. ⁊ tamen talē
libertatem conceſſit in homīe re
ſpectu actuū quos operatur vo
lūtarie. vt ptz in libris moꝛalibꝰ.
Unde ſequitur. ꝙ ſi ipſe cōceſſiſ-

ſet deũ coagere in oī opatiõe ipſe incõuenient locut⁹ fuiſſet de libertate in hõie ꝛ in deo. vt ptȝ ex dictis. At illo ſuppoſito dico ꝙ illã ſeq̄tur iſta. ſȝ dubiũ eſt q̄d ſuꝑ illo ſẽſerit Ariſtoteles de q̄ al's videbit.

E
Ad ſcđm ꝑncipale

Ex ſup̄adictis patet reſponſio ad ſecundam rationẽ ante oppoſitum queſtionis. Unde quando dicitur quia non omne factibile ꝛc. ergo ꝛc. ¶ Primo dico ꝙ licȝ antecedẽs ſit probabile naturali ratione (vt dictum fuit) tñ ſm fidem eſt impoſſibile. et iõ conſequentia eſt bona. Dico tamen ſecundo ꝙ probatio conſequentie nõ valet. quia aliqua cã non dicit prima. quia poſſit ſe ſola quicquid poteſt cum alia ſed dicitur prima quia a nulla alia ẽ cauſata et quelibet alia eſt cauſata ab ea: vel imediate vel mediate. ¶ Tertio dico ad probationẽ antecedentis. ꝙ licȝ deus nõ poſſit ſe ſolo facere actum odij dei. vt patet ex dictis in alia queſtione. tamen actum odij dei poteſt ſe ſolo facere. quia ille actus poteſt eſſe ꝛ non eſſe odium dei et ꝑ cõſequens eſſe peccatũ. ¶ Quarto dico ꝙ improbatio illius vlterius non valet quando infertur ꝙ ergo deus nullo coagente poſſet actum culpabilem facere. q̄cquid enim ſit de conſequente. cõſequentia non valet. ſed bñ ſequitur ꝙ ergo actum culpabilẽ/vel peccatum põt deus nullo coagẽte facere. ex qua non ſequitur p̄ma. ſicut nec ſequitur mortuum deus poteſt facere viuens. ergo deus poteſt facere mortuum viuens.

F
Inſtãtia

¶ Si vero dicatur contra hunc actũ poteſt de⁹ facere nullo coagente ꝛ hic act⁹ nõ põt nõ eſſe culpabilis. Igit ꝛc. Reſpondeo negando minorẽ quia odiũ dei non põt eſſe odiũ. Uñ ſi illuȝ actũ q̄ eſt odiũ dei in mẽte dyaboli/de⁹ põeret ſine ſubiecto tũc nõ eſſȝ odiũ ſicut nullus eſſet eo odiẽs. imo forte ſm ſup̄adicta ſi entitas illa fieret a ſolo deo in ipſa voluntate adhuc nõ eẽt odiũ. nec volũtas ipſa formalit odiret cũ ad hoc requirat ꝙ talẽ actuȝ partialr efficiat ꝛc. Quicquid tñ ſit de hoc ſecũdo p̄mum eſt ſatis certum. ꝛ ſufficit ad propoſitum quare ꝛc. Et hec de ſcđo articl'o.

G
3. ar

¶ Quãtũ ad tertiũ articulũ in q̄ videndũ eſt. Utrum de⁹ ſit potentia infinita. ¶ Primo videbit vtrum de⁹ ſit potentia vigoris infiniti ſiue finite ꝓductiua. ¶ Scđa videbitur vtrũ deus ſit potẽtia alicui⁹ entis infinite abſolute productiua. ¶ Tertio videbitur vtruȝ deus ſit potentia alicuius entis finiti infinite ꝓductiua. Circa primum punctum eſt opinio. Egidij dicentis ꝙ non ſolum ſm fidẽ deus eſt cõcedendus infinite potentie intenſiue. ſed etiã hoc ideȝ tenendũ ſm Ariſtotelis opinionem. Et ꝙ illa fuerit Ariſtotelis opinio oſtendit ex proceſſu eius viij. phiſicorum capitulo. primo vbi probat deuȝ/ſiue primũ motorem non eſſe ꝯiunctum magnitudini per hoc eſt infinit⁹. nec videtur ꝙ ſoluȝ infinitus. nec videtur ꝙ ſolum intelligat de infinitate in duratione quia tunc ratio non ꝓcederet. vt ptȝ. q̄re. ꝛc.

H

¶ Sed magiſter Gregori⁹ tenet ꝙ iſta non fuerit opinio philoſophi. propter quod duo ſuppõit. ¶ Primũ eſt ꝙ deus ẽ motor appropriatus p̄mi orbis. ¶ Scđm

eſt ꝙ ſm opinionem Ariſtotelis
deus mouet ipſū de neceſſitate
nature: et non ꝯtingenter ꝛ libe=
re. Aliter eñ poſſet irregulariṫ/
et velocius/ ꝛ tardius mouere.
Imo nō oīno mouere cuiꝰ oppoſi
tū ꝓbat ſcḃo celi. Ex his arguiṫ
ꝙ ſi deus eēt hoc mō potentie in
finite. ſequitur ꝙ deus moueret
orbē ſuū in inſtanti quod eſt cō
tra experiētiā. Et cōſequētia pꝫ
qꝛ mouet orbem per primū ſup=
poſitū: ꝛ mouet naturaliter non
libere per ſcḃm: ꝛ p ꝯñs ſm vlti=
mū ſue potentie. ſed ſm phm/ et
ſm veritatē ſi aliqua virtꝰ natu=
raliter mouēs eēt infinita inten=
ſiue moueret in inſtanti. q̄re ꝛc.
Itē ſcḃo celi cōmēto. xxxvi. dicit
ꝯmētator. credēdū eſt ꝙ poten=
tie mouentiū ſūt terminate pro=
portionis ad corpora mota. ꝛ ꝙ
infinitas nō inueniṫ in eis niſi ꝓ
A pter eternitatē. q̄re ꝛc. ¶ Vñ ſciē
dū ꝓ ſolutiōe rōnum ad oppm̄
ꝙ aliq̄d pōt dici infinitū quattu
or modis. Vno mō in duratione
qꝛ durat eternaliter. Et ſic ſcḃm
phm non ſolū deꝰ eſt infinitus:
ſed oēs alie intelligentie ꝛ celū
imo materia prima. Alio modo:
q̄a mouet tempore eterno. et ſic
ſole potentie actiue ſūt infinite
ſicut intelligentie/ ꝛ corpora ce=
leſtia q̄ mouent vel localiter/ vł
ſaltē motu alterationis ꝛc. Alio
mō qꝛ mouet motu ſm locū tp̄e
eterno cōtinue ꝛ immediate. Et
ſic ſm phm̄ ſole potētie immate
riales ſicut intelligētie ſunt infi
nite. ¶ Quarto modo q̄a eſt in=
finitū ſimpliciter. ſ. vel ſm q̄titā
tem/ vel ſm vigorem. Et ſic ſcḃm
phm nihil ē infinitū nec ſm q̄ti
tatem ꝑfectionis/ nec ſm inten=
tionem vigoris. Sꝫ quecūqꝫ fue
rit opinio Ariſtotelis. tñ magr
Gregoriꝰ tenet ꝙ q̄libet ſequēdo
rōnalem naturalē habet ponere
aut ſaltē nō negare ꝙ eſt aliqua
res infiniti vigoris intenſiue et
ꝙ deꝰ eſt illo modo infinitus. pꝫ.
q̄a hoc importat dignitatē: nec
includit ꝯtradictionē. vt nititur
ꝑſuadere. igiṫ ꝛc. ¶ Ego aūt di= B op. doc.
co ꝙ ſiue iſtō ſit ꝓbabile/ ſiue nō
ſeq̄ndo rationē naturalē: tñ op=
poſitum videtur magis dicēdū.
Nec iſtud eſt ita poſſibile ſicut
oppoſitum. Pꝫ primo ex dictis
in alio articulo (ſcꝫ ex duodecia
et q̄rtadecima ꝓpoſitionibus.)
¶ Scḃo patet q̄a ꝓbabiliꝰ videṫ
ſequēdo rōnem naturalē ꝙ q̄dli
bet poſſibile poni in eē poſſit po
ni in eē p cām ſeu virtutē finitā ꝫ
q̄ꝫ oppm̄: cū ꝓbabiliꝰ ſit nullum
effectū poſſe eē īfinitū. q̄ꝫ oppm̄
igiṫ ꝛc. ¶ Tertio pꝫ qꝛ ꝓbabili=
us videṫ nihil poſſe moueri in in
ſtanti q̄ꝫ oppoſitum. Et tñ ſi pri
mus motor eſſet vigoris infiniti
ſequitur ꝙ poſſet mouere in in=
ſtanti. quare ꝛc. ¶ Si vero dica= C Inſtātia
tur ꝯtra iſtam rationem: ꝙ ſcḃm
fidem ꝯcedendum eſt deum eſſe
infinitum intenſiue ſiue vigoris
infiniti: ꝛ tñ non concedendum
ipſum poſſe mouere in inſtanti.
ergo illa ratio nulla ꝛ cetera.
Maior patet: ꝛ minor probatur
quia ad illud ſeq̄tur contradi=
ctio. Tum primo. quia motus
eſt ſucceſſio que in inſtanti eſſe
non poteſt. Tum ſecundo qꝛ mo
bile ſimul eſſet in omnibus par=
tibus ſpacij ſuper quo mouere
tur. ¶ Tum tertio: quia pari ra
tione poſſet celum mouere re=
uolutione completa in inſtanti.

ſed hoc eſt falſum. Nā ſequitur
ꝙ eēt mutatum ꝓpoſitū: ⁊ tamē
nō eēt mutatū ipm totum ⁊ que
libet eius pars eēt in eodē loco
primo in quo prius fuit: ⁊ totali
ter ſe haberet ad locum. ſicut ſi
Soluti. fuiſſet qeſcens ⁊ nō motū. ¶ Rñ
deo cōcedendo maioꝛē ꝗ̄uis nō
poſſet euidēter oſtēdi ex ſcriptu
ris. ſʒ ꝓ minoꝛe diſtiguo: qꝛ mo
tus/vel moueri pōt capi dupli-
citer. Uno mō ſtricte. ⁊ ſic requi
rit ſucceſſionem. Alio modo lar
ge ꝓ mutatione ſubita. ⁊ ſic con
cedo ꝙ primo modo non eſt con
cedēdū ſecūdum fidē deum poſ-
ſe mouere in inſtāti. quia inclu-
dit contradictionem vt bene ar-
guit prima ꝓbatio. Sed ſecūdo
modo bene concededum eſt: nec
illud includit contradictionem.
D ¶ Unde ad ſecūdā iprobationeʒ
poteſt dici negando cōſequētiā
quia deus poteſt corpus ſubito
de extremo ad extremū mutare
non mutando ipſum per mediū
ſicut patet de corpoꝛe chꝛiſti duʒ
conficitur in altari. Uel aliter
poteſt dici (concedendo ſcilicet)
ꝙ deus poteſt mutare aliquod
corpus ſubito de extremo ad ex
tremū ita ꝙ in illo inſtanti illud
corpus ſimul eēt in oībus parti
bus ſpacij: ⁊ poſt inſtās nō eſſet
niſi in termino ad quē. Nec hoc
videtur plus impoſſibile ꝗ̄ ideʒ
corpus per tempus eſſe in diuer
ſis locis. Et ſilr̄ pōt dici ad ter-
tiaʒ improbationē de celo. ꝙ de-
us poteſt ipſum ſubito mouere
qḋ ſi faceret celum eēt mutatuʒ
Et qñ arguit ꝓpoſitū: qꝛ eēt ꝓ
illo inſtanti in loco in quo prius
fuit. Dico ꝙ nō ſeqtur: ergo non
eſt mutatū ſm locū. qꝛ ſi vnū cor
pus exiſtens in oꝛiente deus po
neret in occidēte. non remouēdo
ipm de prioꝛi loco illud eēt mu-
tatū ſm locū: ꝗ̄uis eēt in eodem
loco in quo prius. Sic in ꝓpoſi
to. ꝗ̄uis celū eēt in inſtāti ipm ⁊
oēs eiꝰ ptes in eodeʒ loco in quo
prius. tñ in eodē inſtāti ipm ⁊ q̄-
libet pars eiꝰ eēt in alio loco in
quo priꝰ nō fuit. ⁊ ideo eēt veruʒ
ipʒ eē mutatū. Et ex iſta ſolutio
ne pʒ ↄfirmatio ꝓpoſiti cū iſta
non ſint ꝓbabilia ſicut oppoſi-
ta ⁊c. ⁊ ꝓbabiliter ſequāt̄ ad il
lud ⁊c. Et hec de primo puncto.
¶ Quātum ad ſcḋm pūctū vtrū E
deꝰ ſit potētia alicuius entis in-
finiti abſolute ꝓductiua. Pꝛo
ponam tres ↄcluſiones. Secun
do ſoluā aliq̄s obiectōes. ¶ Pꝛi 1. cō
ma ↄcluſio eſt ꝙ non eſt euidēs
vel demōſtrabile in naturali lu
mine ꝙ īpoſſibile ſit magnitudi
nem actu infinitā eē. Pꝛobatur.
qꝛ nulla implicatur cōtradictio
euidēs ex hoc ꝙ ponit̄ aliqḋ cor
pus poſſe eē infinitū: cum infini
tas nō tollit rōem corpoꝛis/ aut
magnitudinis. nec ecōuerſo cor-
pus rationeʒ infinitatiſ. ¶ Scḋa F
cōcluſio eſt ꝙ ꝓbabile eſt ꝙ poſ 2. cō
ſibile ſit deū aliquam multitudi
nē/aut magnitudinē actu infini-
tā facere vel ꝓducere in eē. Uñ
dico ꝙ ſiue hoc/ſiue oppoſitum
ſit ꝓbabile in naturali lumine.
tñ hoc eſt ꝓbabile in fidei lumi-
ne: ⁊ ꝓbabilius ꝗ̄ oppoſitū ſm
fidem. pʒ pmo de multitudine:
qꝛ non plus apparet repugna-
re ꝙ deus poſſit facere multitu-
dinē actu diſcretā ⁊ nō facienteʒ
ꝑ ſe vnū continuum ꝗ̄ ꝙ faciat
multitudinem actu non diuiſaʒ
facientem vnum continuum: ſed

ſecundum non repugnat immo ſic facit in quolibet ↄtinuo. nec ergo primū repugnat. Maxime ſcdm fidē q̄ ponit ꝙ q̄cūq3 multitudine angeloꝝ data de9 pōt facere aliquē aliū angelum. Scdo pz ꝓpoſitū de magnitudine q2 ſi de9 poteſt facere infinitā multitudinē corpoꝝ finitoꝝ actu diſtictorum p primā partē ſeqtur ꝓpoſitū. q2 quodlibet corpus qđ poteſt facere poteſt alteri vnire Unde pōt argui in qualibet parte proportionabili alicuius hore deus poteſt facere vnum lapidē pedalē: ⁊ in fine hore omnes ſimul vnire. ⁊ p conſequens infinitos lapides pedales. ⁊c. quare ⁊c. ¶ Tertia ↄcluſio eſt ꝙ q̄3 probabile eſt ꝙ poſſibile ſit deū aliquam multitudinem: vel magnitudinē extenſiuā actu infinitam facere tam probabile eſt ꝙ poſſibile ſit ipm aliquā latitudinem intenſiuā actu infinitā producere in eē. Primo patz. q2 nulla ratio fieri poſſet contra ſecundum quin eque fortis fieret contra primū ⁊c. Secundo q2 ſi forma aliqua (ſicut calor) eēt infinita intēſiue non ꝓpter hoc exiret metas ſpeciei ꝓprie. Igitur ⁊c. Tertio q2 ſi oīs calor poſſibilis eēt actu. calor eēt infinitus. Pz ↄſequētia ſ3 antecedēs eſt poſſibile igitur ⁊ conſequēs. Antecedens ꝓbatur. q2 ſicut de9 poteſt velle ꝙ nullus calor poſſibilis ſit actu: ita poteſt velle ꝙ omis calor poſſibilis ſit in actu. quia appareret repugnātia in vno plus q̄3 in alio. ⁊ primum poteſt ſicut patet ante mūdi creationē. igit̄ ꝓbabile eſt ꝙ poſſit velle ſm ⁊c.

¶ Sed contra predicta obijcitur primo ꝙ euidenter implicat contradictionē aliqđ corp9 eſſe actu infinitū. q2 tale eſſet quantum ⁊ per ↄñs eēt bicubitum vel tricubituz. ⁊ ſic de alijs ſpēbus quāti. Conſequētia pz. q2 oīne quantū eſt in aliqua ſpecie quāti. Sed ↄñs implicat. q2 ſi eēt bicubitū eſſet figuratū. ⁊ per ↄñs finitum. ¶ Scdo ꝙ tale poſſet localiter moueri vel nō. Si dicat̄ ꝙ nō. Cōtra deus eſt virtutis infinite. ergo poſſet mouere corp9 infinitum ſi eſſet. Si dicatur ꝙ ſic. Contra ergo eſt finitum. conſequētia pz. quia vltra ſe haberet ſpacium in quo reciperetur ſed impoſſibile eſt ꝙ aliquid ſit infinitum: et habeat vltra ſe ſpacium ⁊c. ¶ Tertio contra ſecundam ↄcluſionem. quia ſi eēt aliqua multitudo actu infinita vel etiam magnitudo. aliqua eius pars eēt infinita ſc3 reliduū preter vnā partem finitam. ⁊ p conſequēs non eēt maior illa ſua ꝑte infinita. Conſequētia pz q̄a vnū infinitū non eſt maius alio. Et falſitas conſequentis patet. q̄a tunc pars eſſet equalis toti. nec totum eſſet maius ſua parte quod implicat ↄtradictionē euidentem. ¶ Quarto ↄtra tertia3 quia tunc de9 poſſet facere grauitatē ⁊ caliditatem infinitam. ⁊ per cōſequēs illa poſſet mouere ſuum mobile vel calefacere ſuū calefactibile in inſtāti. ergo quo ad mouere ip̄a eq̄ret̄ ꝟtuti dei. Conſequētia pz q2 de9 non pōt citius mouere q̄3 in inſtanti. Et falſitas ↄſequentis pz. quia impoſſibile videt̄ ꝙ creatura poſſit in aliquo equari ſuo creatori

Ad iſta reſpōdetur. ¶ Ad pmā

Marginalia: A ↄcluſi. | B arguit. i | ij. ar. | 3. arguit | 4. ar. | C Ad pmū

negatur ꝯña. quia non valet ta=
le argumētum niſi de q̄titate fi
nita. Un̄ ſm p̄hm ſi queratur quā
tum t̄ps p̄teriſt: ꝯueniēter reſpō
detur ꝙ infinitū ꝛc. Et ad ꝓba=
tionē ꝯſequētie dr̄. ꝙ tale eēt ali
cuius ſpeciei q̄titatis. nō q̄ iam
ſit de facto: nec ſequitur. ꝗ dicubi=
tū ꝛc. q: ſunt ſpēs quātitatis fi=
nite. ſʒ ē poſſibilis alia ſpēs q̄=
titatis infinite. ¶ Ad ſcdam r̄n=
D Ad. ij. op. greg. det magr̄ Gregoꝛi⁹ ꝑ duas ꝯclu
ſiones. Pꝛima eſt ꝙ coꝛpus infi=
nitum ſi eſſet poſſet a deo moue
re circulariter ſeu giratiue. Se=
cūda eſt ꝙ ſi tale eēt oīquaqʒ īfi
nitū nō poſſʒ moueri motu recto
ſi aūt eſſet ſcd̄m aliquam dimen
ſionē finitum ſcd̄m illam poſſet
moueri: ꝛ non ſcd̄m illam ſcd̄m
quā eſſet infinitum. Pꝛimā pro=
bat. q: ad illā non ſequitur ali=
qua ꝯtradictio. Un̄ ſi oꝛbis ſola
ris eēt in parte ſuperioꝛi vndiqʒ
infinitus nō apperet ꝓpter q̄d
deus qui eſt infinite virtutis ad
mouendū non poſſet illum gira
re. ita ꝙ ſol ꝛ quelibet pars eius
in concauitate ipſius ſe haberet
in equali diſtantia a terra ſicut
nunc. Ex hoc infert ꝙ p̄hus non
demonſtrat pꝛimo celi. celū non
eſſe actu infinitū. quod tamē cre
didit feciſſe. Unde poſtea ſoluit
aliquas ratiōes p̄hi. Secundaʒ
cōcluſionē ꝓbat quo ad pꝛimaʒ
partem ꝑ rationē factā arguen=
do ꝙ impoſſibile eſt ꝙ aliquid
ſit omniquaqʒ infinitū ꝛ habeat
vltra ſe ſpaciū ꝛc. Sʒ ſecun dam
partem ꝓbat q: non videtur re=
pugnantia ꝙ aliud moueatur ver=
ſus illā partē verſus quā eſt fi=
nitū: ſʒ ſi moueretur verſus aliam
ſequitur inconueniēs pꝛius illa

tuʒ. igitur ꝛc. ¶ Sed contra iſta E
dicta arguitur ſic. Pꝛimo q: ſcd̄m arg
cōceſſum ab eo non repugnat in ꝯ
finitū ſed ſm vnam partem mo=
ueri v̾ſus aliā in qua eſt termia
tū. Aſſigno ergo vnū pūctum in
tali omniquaqʒ infinito. cū igit̄
illud qd̄ eſt ex vna p̄te illi⁹ pūcti
ſit terminatū ī pūcto dato. ꝛ etiā
illud qd̄ eſt ī alia p̄te ſit termina
tum in eodem puncto. ꝛ cum pe=
netratio coꝛpoꝛum abſolute nō
repugnet ſequitur ꝙ totum illud
omniquaqʒ infinitum poſſit mo
ueri localiter. Unde vt facilius
habeatur imaginatio arguo ſic
Sumo punctū a. ꝛ ſit centrū ter
re ꝛ mundus ſit infinitus. tunc
ab illo puncto imaginētur quat
tuoꝛ linee ī infinitū pꝛotracte in
a. puncto ſe interſecātes ad an=
gulos rectos. ꝛ volo ꝙ interce=
ptū inter duas illaꝝ moueatur
in illud plenum intercluſum in
ter alias duas. ꝛ ſic volo de oī=
bus ſpacijs intercluſis ꝛc. Cum
igitur illud totuʒ omniquaqʒ in
finitū ſit illa ſpacia intercluſa in
datis lineis ſicut totum eſt ſue
partes. ſequitur ꝙ illud moue=
ri poſſit. ¶ Secūdo nō magis vi ij. ar.
detur repugnare ꝙ linea aliqua
moueatur verſus illā partē vbi
eſt infinita: q̄ verſus aliam vbi
eſt fini ta. ſed ſecundū non repu=
gnat per aduerſariū. igitur nec
pꝛimū. Pꝛobo aſſumptū. q: mo=
uēdo verſus partem vbi eſt infi
nita non ꝓpter hoc ſequitur ꝙ vl=
tra ſit ſpaciū / aut locus in quo
recipiatur: ſicut ſm eū non ſequitur
ꝙ mouēdo verſus partē vbi ter
minatur derelinquat ſpaciū ī quo op.
erat. ¶ Et ido videtur michi ꝙ ſup= F
poſitis quantis ſcʒ vno oīquaqʒ

infinito. ⁊ alio ſẓ tm̃ vnã partẽ ſẓ
nõ appet q̃n ꝓbabilit̃ poſſit ſu-
ſtineri ꝙ illõ oĩquacꝫ ĩfinitũ mo
ueri poſſit recte ſicut circularit̃.
Et ſi querat̃ in quo recipit̃. dico
ꝙ nullo: ſicut etiã nõ deſinit eẽ ĩ
aliquo. Vñ ſi eſſent due linee ĩfi-
nite verſus orientẽ. ⁊ finite verſ⁹
occidẽtẽ. penetrãtes ſe quaꝝ vna
ſit a. ⁊ alia b. ⁊ b. moueret̃ verſus
occidentem a. non mota. hoc da
to ptʒ ꝙ b. eſt ſemꝑ ꝑ totũ vbi eſt
a. ⁊ cuʒ hoc acquirit aliq̃d quod
a. non acquirit. ſed ſi ex vtracꝫ ꝑ
te eſſet infinita nichil acquireret
ſicut nichil deperdit q̃tuis acq̃-
rat dum eſt finita in vna parte.
Et ſic patet q̃d dicendum ſit ⁊c.

B Ad triũ. ¶ Ad tertiam ptʒ ꝑmo ꝙ cõſimi
liter argueret̃ in cõtinuo non eẽ
infinitas partes ⁊c. Secundo di
ſtinguo de toto ⁊ parte. nã dupli
citer ſumi poſſunt. Uno modo di
citur totum omne quod includit
aliq̃d quod eſt aliq̃d ⁊ aliud pre
ter illud aliud ⁊ quodlibet illi⁹.
⁊ ſic incluſum dicit̃ pars illius.
Alio modo dr̃ totum illud quod
includit aliq̃d ꝑmo modo ⁊ cum
hoc includit tantũ q̃tum eſt ali-
quid certum datum finitum q̃d
tamẽ non ſic includit incluſum.
Et ſic illud incluſum non inclu-
dens tantum q̃tum includens di
citur pars illius. Et propoſitio-
nabiliter poſſet dici de toto et ꝑ
te in q̃titatibus diſcretis. Un-
de primo modo oĩs multitudo ẽ
totuʒ alterius multitudinis que
illã includit. id eſt q̃ eſt omnia il-
la q̃ ipſa eſt: et aliud vel alia ab il
lis ⁊ quolibet illorum. Et omnis
multitudo ſic incluſa eſt pars et
hoc modo vna multitudo infini
ta poteſt eſſe pars alterius ſicut
multitudo partiũ ꝓportionabi-
liũ vni⁹ medietatis cõtinui ẽ ps
multitudinis partiũ toti⁹ ꝯtinui
Scd̃o mõ nulla multitudo infi-
nita eſt totũ vel ps reſpectu mul-
titudinis infinite ⁊ ſic multitudo
partiũ toti⁹ cõtinui non eſt totũ
ad multitudinẽ partiũ toti⁹ me-
dietatis. q: quot binarios/vt tri
narios includit multitudo toti⁹
tot includit multitudo partis. et
non plures includit multitudo
totius q̃ʒ partis: ¶ Tertio diſti- B
guo hos terminos magis et mi-
nus. Uno modo ſumunt̃ proprie
⁊ ſic multitudo dicit̃ maior q̃ tã-
dudem plures cõtinet. illa v̄o mi
nor q̃ non toties. Alio modo im-
proprie ⁊ ſic omnis multitudo q̃ i
cludit vnitates oĩs alterius et
quaſdam alias ab illis dr̃ maior
illa. Eſto ꝙ non includit plures
q̃ʒ illa: Pri̊o modo maius ⁊ min⁹
non dicũt̃ de infinitis adinuiceʒ.
vel reſpectu finitorum. vel econ-
uerſo. ſed bene ſecundo modo.
Quarto dico ꝙ totum ⁊ pars ſu
mendo primo modo reperiũtur
in infinitis et non ſecundo mo-
do. Et iſto modo conceditur ꝙ
pars non eſt minor toto primo
modo capiendo totum. ⁊ pars ⁊
maius. ⁊ minus. Et eodem mo-
do capiendo conceditur ꝙ aliq̃d
infinitum eſt minus aliquo infi-
nito. nec tamen exceditur ab il-
lo. ita ꝙ proprie non eſt exceſſus
vel equalitas in infinitis ⁊c.

¶ Ad quartam dico ꝙ aliquid
equari alteri poteſt dupliciter i- C Ad q̃rtã
telligi. Uno modo quo ad effe-
ctum ſic ꝙ creatura faciat effe-
ctum tantum quantum de⁹. ⁊ ſic
non ẽ inconueniens: licet non q̃c
q̃d põt facere de⁹ creatura poſ-

ſit facere Alio mō ſumit̄ equari
non quo ad effectum.ſed quo ad
modū. Et dico ꝙ lꝫ poſſit creatu
ra equari deo in aliq̄ pōt mō agē
di (vt puta qꝛ pōt agere:vl' aliq̄d
mutari iſtātanee) nō tn̄ oīmodo
pōt aliq̄d facere ſicut deus:qꝛ ni
chil pōt facere indepēdent̄. et ſic
de multis alijs conditionibus.
ꝛc. ¶ Secūdo dico ꝙ nulla repu
gnantia eſt ꝙ deus poſſit facere
vnam grauitatem infinitam que
ſubito moueret:vel vnum calo-
rem infinitū ꝙ ſubito alteraret.
Tertio dico ꝙ nulla repugnan-
tia eſt ꝙ deus poſſet facere talēꝫ
qualitatem infinitam ꝛ tamen ꝙ
illa non ageret in iſtāti. quia nō
ageret niſi coagente deo.et ideo
deus poſſet ipſā facere agere ſuc
ceſſiue ꝛ remiſſiue. Etiam poſſet
B illam facere ſine ſubiecto ꝛc.
Inſtātia ¶ Si vero dicatur ꝙ pari ratio
Solutio ne deus poſſet facere vnā viſionē
de ſe infinitā . et per conſequens
poſſet comprehendi ab alio ꝙ̄ a
ſe quod videtur impoſſibile.
¶ Pro iſto dico quarto ꝙ cōceſ-
ſo ꝙ deus poſſet facere ſupremā
ſpeciem infinitam.ꝛ vnum intel-
lectum infinitum.et in illo vnam
viſionem infinitā.quod tamē nō
eſt adhuc conceſſum / nec ſequit̄
ex prius conceſſis . tamen ex illo
non ſequitur ꝙ huiuſmodi intel
lectus per illam viſionem comp̄
henderet diuinam eſſentiam q̄a
illa viſio non eſſet infinita ſim-
pliciter ſed ſolum ſecundum q̄d:
et tamen deus eſt infinitus ſim-
plicit̄ ꝛc. Unde circa hoc poteſt
poni exemplum ſcilicet ꝙ vna vi
ſio ſit ſpeciei inferioris (vt verbi
gratia abſtractiua) et alia ſupe-
rioris ſpeciei puta intuitiua.ſi il

le fierēt infinite intēſiue nō ꝓpt
hoc ſeq̄tur ꝙ aliq̄d ita ꝑfecte co
gnoſcit ꝑ vnā ſicut ꝑ aliā et tn̄ ꝑ
vtrāq̧ cognoſcere t̄ aliq̄d īfinite.
Cum igitur illa viſio que deus
eſt ſit infinitum perfectior q̄buſ-
dam alijs viſionibus. ꝛ tamē de
us ita perfecte videt ſicut illa vi
ſio eſt perfecta.ſequitur ꝙ illa vi
ſio creata non eſſet comprehenſi
ua ſicut viſio diuina.nec illa co-
gnoſcitur deus omnibus modis
quibus cognoſcibilis eſt:vel qui
bus ſeipſum cognoſcit. Et eodē
modo poteſt dici de dilectione i- C
finita.ſi eſſet. ¶ Si autem dica-
tur ꝙ deus non poteſt facere ſpe
ciem infinitam (quod reputo ꝓ-
bleuma neutrum) tunc cōſequē-
ter dicenduꝫ eſt ꝙ non poteſt fa
cere infinitam dilectionem:vl' no
ticiam quia nulla res poteſt ali-
cui intellectui eē maior dilectio/
vel noticia ꝙ̄ talis ſit eēntialit̄ ꝑ
fectus in ſua ſpecie/ꝛ vitaliter ca
pax.quare ꝛc.Et hec de ſc̄do pū-
cto . ¶ Quantū ad tertiū pūctū D
in quo videnduꝫ vtrum deus ſit
potentia alicuius entis finiti in-
finite productiua. Sciendum eſt
ꝙ ſicut tāgebat̄ in tertio arti.an
te oppoſitū difficultas hu9 du-
bij ſtat in hoc q̄a cum dei poten
tia ꝓductiua/ ſiue eius ꝓductio
actiua ſit infinita.videtur ꝙ q̄c-
q̄d deus producit infinite produ
cat . ꝙ ſi ita eſt ſequitur ꝙ nichil
q̄d deus ꝓducit poteſt melius ꝓ-
ducere ꝙ̄ facit. Conſequentia te
net.quia quodlibet equaliter ꝛ i
finite producit.quare ꝛc.Et con
ſequens apparet falſum per ma
giſtrum diſtinctio.xliiij.vbi dicit
ꝙ deus poteſt facere mundum
meliorem etc̄. Et ideo circa hoc

ꝓrimo videndū eſt vtrū ꝗcꝗd
de⁹ ꝓducit infinite ꝓducit. Se-
cūdo vtrū aliqͩd de⁹ poſſit face-
A re meli⁹ ꝙ̄ facit. ¶ Circa primū
opinio. diuerſi ſūt modi dicēdi. Quidā
ēm dicūt ꝙ ſic. qꝛ de⁹ ad cuiuſli-
bet rei ꝓductionē cōcurrit ſꝫ ſu
um totū vigorē infinitū. cū ille
ſit indiuiſibilis: ⁊ per ꝯñs ꝯcur-
rit ꝯcurſu infinito/ ⁊ ꝓductione
opinio infinita igit̃ ⁊c. ¶ Alij dicunt ꝙ
nō qꝛ nichil plus ꝓducit̃ a deo
ꝙ̄ ipm ſed qͦlibet ad extra pro-
ductū ſolum finite eſt ergo ſolū
finite fit. et ꝓducitur a deo. igit̃
⁊c. ¶ Sed videtur michi ꝙ iſta
Op. doc. difficultas magis eſt verbalis
ꝙ̄ realis. Pro quo ſciendū eſt ꝙ
iſta verba ꝓducere/ facere/ con-
currere/ ⁊ alia hmōi ſignifican-
tia actionē dei poſſunt capi du-
pliciter. Uno modo ꝓprie ꝓut
dicunt actū diuine voluntatꝫ in
trinſecum: ⁊ cū hoc habitudinē
ipſius ad effectum extrinſecum
Et iſto modo ſatꝫ patet ꝙ ſcða
opinio eſt vera: ⁊ ꝙ deus nō ꝓ-
ducit infinite. quicquid ꝓducit
ſed inequaliter/ ⁊ magis/ et mi-
nus ſm quod maior vel minor
eſt effectus ꝓductus. Et ſic pro
cedit ratio. Alio modo poſſunt
capi improprie ꝓut ꝑciſe dicunt
actum diuine voluntatis intrin
ſecum quo deus vult aliquid eē
vel fieri. Et iſto modo ꝓbabilis
eēt prima opinio quia nichil eſt
aliud dicere deus infinite ꝓdu-
cit a. id eſt infinite vult a. eē vel
fieri ⁊ hoc eſt ꝓbabile cum act⁹
quo ſic vult ſit infinitus qꝛ ē idē
quod deus. ⁊ ſic ꝓcedit ratio il-
lius opinionis. Sed ſimpl'r lo-
quēdo. et qualitercūqꝫ capiant̃
iſta ꝟba michi videt̃ ꝓbabilior
opinio ⁊c. Nec valet rō ꝓ prima
ꝙ̄uis eñ cauſalitas diuina ſit i
finita/ vel ꝓductio actiua/ vl' cō
curſus infinitus non ꝓpter hoc
debet cōcedi ꝙ de⁹ quēlibet ef-
fectū infinite cauſe/ vel infinite
ꝓducat/ vl' cōcurrat. Tū primo
qꝛ licet ꝓducere diuinū ſit eter-
num (cū ſit ipſe de⁹) nō tñ ꝯcedi-
mus ꝙ de⁹ eternaliter ꝓducat
effectū aliquē. igit̃ ꝙ̄uis idē ꝓ-
ducere ſit infinitū nō ꝓpter hoc
eſt ꝯcedendū ꝙ infinite ꝓducat
⁊c. Tūꝫ ſcðo qꝛ licet dilectio dei
qua diligit oīa ſit infinita. non
tamen cōcedimus ꝙ infinite di-
ligit omnia quia tūc equaliter
omnia diligeret/ nec plus dilige
ret ſeipm ꝙ̄ creaturā: nec vnam
creaturam plus ꝙ̄ aliam. Tūꝫ
tertio quia ꝙ̄uis cauſalitas et
ꝓductio dei actiā ſit neceſſaria
(quia eſt omnibus modis idem
deo) non tamen propter hoc cō
cedimus ꝙ deus neceſſario cau
ſet/ vel producat aliquem effe-
ctum. igitur nec talis ꝯña valet
concurſus/ vel conatus dei quo
producit a eſt infinitus ergo in
finite producit a. Tum quarto
quia ꝙ̄uis actus diuinus quo
vult a. eē/ vel fieri ſit infinitus.
nō ꝓpter hoc opꝫ concedere ꝙ
deus infinite vult a. eſſe ⁊c. ſicut
ꝙ̄uis actus diuine voluntatis
quo vult antixp̄m fore ſit neceſ-
ſarius. non tamē ſequitur ꝙ de⁹
neceſſario vult antixp̄ꝫ fore. Et
ideo probabiliter poteſt dici ad
iſtum tertium articulum ꝙ licꝫ
de⁹ ſit potētia infinita: nō tamē
equaliter/ nec infinite producit
oīa. nec eſt alicuius entis finiti i
finite/ ſed ſolū finite productiua
et tante ꝑciſe quāte entitas pro

Ad tertiū pncipale

C duc ta eſt pfecta ꝛc. ❡ Sed circa ſcðm dubiū ꝓpoſitū qð tāgebatur in tertio argumento ꝗ̄ oppoſitū .ſ. vtrum aliq̄d deꝰ poſſit facere meliꝰ ꝙ̄ facit. Pꝛio diſtīguēdū eſt ſicut magiſter in littera ꝙ ly melius pōt referri/vl' ad faciendi modū/ vel ad effectū factū. Si pꝛio modo: tūc ſicut bene dicit magiſter. ſi modꝰ faciendi ad ſapientiā artificis referꝛ. nō pōt aliq̄d melius facere/ ſine melioꝛi modo ꝛ melioꝛi ſapiētia/ vel artificio. Si aūt ſcðo modo concedit magiſter . ꝙ pōt aliq̄d melius facere. id eſt aliquā rem melioꝛē. Sed vlterius eſt diſtinguendū ly melius quia aliquid poteſt eē vel fieri melius/vel bonitate eſſentiali/ vel ſubſtantiali/vel bonitate accidentali. Itē tertio diſtinguendū eſt ꝙ aliq̄d poſſit fieri melius ꝙ̄ ſit/pōt intelligi. vel vtrū illud idē nūero poſſit fieri melius vel vtrū aliḋ ab eo . Et ſi aliud vtrū aliḋ ſolo nūero diſtinctū vel ſpecie.

D ❡ Si ergo loq̄mur de bonitate accidētali ſatis cōſtat ꝙ aliquid deꝰ pōt facere melius ꝙ̄ fecit . ſiue ipſum idem numero / ſiue aliud nūero/vel ſpecie diſtīctū. q2 hoc non eſt aliud niſi facere aliquid qð deus fecit/vel aliud ab eo ſolo nūero/ vel ſpē diſtīctū eē ſfoꝛmatū pfectioꝛibus accidentibꝰ qð vtiꝗ deꝰ pōt cū illa accidentia poſſit augere/vel multiplicare ſicut ſibi placet. Si vo loquamur de bonitate eētiali/vl' ſubſtātiali ſatis etiā p3 ꝙ quocūꝗ dato deꝰ non pōt illud vel aliud ſolo nūero diſtīctū facere meliꝰ q2 q̄cūꝗ ſolo nūero diſtinguūꝛ ſūt eque bōa/ꝛ eque pfecta eēntialiter. Et ideo ſicut nichil pō eē ꝛ fieri de alia ſpē. ſic nec ipſu3 nec aliud eiuſdē ſpēi ſpecialiſſime pōt eē ꝛ fieri melius eētiali bonitate vel pfectiōe.

E S3 remanet difficultas nunq̄d q̄cūꝗ dato qð deꝰ facit poſſet aliq̄d facere meliꝰ eētiali bonitate ab illo, diſtinctū ſpecie. Et de iſto pncipaliter videndū ē: ꝛ deinde videbiꝛ occaſionaliter de exceſſu ſpecieꝝ. ꝛ penes q̄d attēdiꝛ eēntialis bonitas/vel pfectio earū

1. opi. Sūt aūt circa pmū diuerſi modi dicendi . Nā ſi teneaꝛ opinio ꝙ q̄cūꝗ re dada/vl' dabili deus pōt facere eētialiter pfectioꝛē. ſicut in infinitū pōt augere q̄litatē recipientē magis ꝛ minus: ꝯñter dicendū ē ꝙ deꝰ nihil facit imo nec pōt facere q̄n poſſit facere aliḋ diſtinctū ſpecie melius eſſentiali bonitate : q2 nō ē ſtatꝰ ꝛc.

Alia o. Si vero ponaꝛ ſtatꝰ in talibꝰ ſpeciebꝰ ita ꝙ ſit dare aliquam ſubſtantiā pfectiſſimā poſſibilē a deo fieri. tūc eſt magis dubiū. q2 ſm iſtam viā poſſet ꝓbabiliter ſuſtineri vtraꝗ ps ꝯtradictionis. Vñ poſſet ꝓbabiliter dici ꝙ cuiuſ3 ſpēi ꝓducibilis aliqð indiuiduū eſt de facto a deo ꝓductū. Et ꝓ iſta pte ē ꝛ iſta rō q2 videꝛ ꝟificabile ꝙ ſicut deus ꝓduxit aliqð indiuiduū ſpeciei ſimplr inferioꝛis: ita et produxerit aliqð indiuiduū ſpēi ſimpl'r ſuperioꝛis ex quo illa poſſibilis eſt. Et ad iſtð ꝓpoſitū videꝛ eē Aug. li. ꝯfeſ. dicēs . dñe duo feciſti vnū ꝓpe te ꝛ vnū ꝓpe nichil modo videꝛ ꝙ nō ſit dabile aliq̄d impfectiꝰ illo qð ē ꝓpe nihil nec aliq̄d pfectiꝰ illo qð ē prope deū ꝛc. Sed etiā ps ꝯtraria pōt

pbabilr dici ſcz q non obſtante
ſtatu poſſibili in ſpēb9 multe tñ
A ſūt ſpēs poſſibiles que non ſūt.
Et p iſta pte videtur eē opinio
op. ochā Augu. ⁊ magri in. xliiij. di. ꝙ di-
cūt q de9 pōt feciſſe hoīez ꝙ nec
peccare poſſet / nec vellet. Ex ꝙ
auctoritate Ochā arguit p hūc
modū. Q2 ꝙcqd conuenit alicui
indiuiduo ſpēi ſpecialiſſime nul
li indiuiduo eiuſdē ſpeciei repu-
gnat formalit̃ ꝯſimile. ſz iſti hoī
(demōſtrato ſorte ꝙ nūc ē) cōue-
nit poſſe peccare. ſed ſcḋm Au-
guſtinū ⁊ mgr̃m de9 pōt facere
hoīem cui repūgat poſſe pecca-
re ergo talis nō eēt eiuſdem ſpe
ciei ſpecialiſſime cū ſorte ꝙ nunc
eſt: ergo eēt alteri9 ſpēi. Et per
ꝯñs deus poteſt facere īdiuidu-
um alteri9 ſpēi ⁊c. Sed ꝙcquid
ſit de concluſione: tñ illa rō non
B eſt efficax. ¶ Tū pmo q2 non eſt
Improbano ocham. verū q aliquis hō poſſit eē ꝙ nō
ſit eiuſdē ſpēi ſpecialiſſime cum
homine iam exiſtente ⁊c. ¶ Tū
ſecundo q2 pbabilius eſt q nec
homo / nec alia creatura rōalis
poſſit eē ſimpliciter īpeccabilis
Nec iſta eſt intentio Auguſtini
vel magiſtri ſicut hec omnia de
clarabo in queſtione ſequenti.
¶ Dico ergo finalit̃ quo ad hoc
C q prima opinio eſt pbabilior ꝙ̄
ſecūda et magis fauet omnipo-
tentie dei: ſimiliter etiam tertia
eſt pbabilior ꝙ̄ ſecūda. Et ſi ꝙs
teneat eam dicendū eſt ꝯñter q
non obſtante ſtatu poſſibili ſpe
cierum producibilium tamē nō
omnes ſpecies poſſibiles ſunt p
ducte. Et ad auctoritatē Augu
ſtini que videtur eē pro alia par
te fecit vnum prope ſe ⁊c. ¶ Re-
ſpondendū eēt q deus fecit vnū
pe ſe quod eſt de facto perfe-
ctiſſimū creatū licet poſſit eē p-
fectius ⁊ ideo nō eſt ita pe quiſ
aliud poſſit eē magis prope: ⁊ p
cōſequens melius in ſpecie. qua
re ⁊c. ¶ Sed ad maiorē declara D
tionem predictorum iuxta hanc
materiā tractandum eſt iſtō du
bium. ſcilicet. penes ꝙd attendi-
tur exceſſus et perfectio ſpecie-
rum vtrum penes receſſū a non
gradu eēndi vel ad acceſſum ad
ſummum ſiue propinquitatē ad
deum. Circa quod ſic pcedam.
Primo recitabo vnam fantaſti-
cam imaginationem. Secundo
dabo veridicaz ſolutionē. Sciē
dum eſt igitur q circa hec ē opi
nio (ſcz) hui9 magiſtri Johā. de
rippa. que fūdatur in diſtinctio op. ioh. de rippe
ne formali que licet ꝯtineat mul
ta falſa. valet tamen ad ymagi-
nandum perfectionē ſpecierum
ideo eam breuiter recitabo. Pri
mo ergo imaginat̃ iſta opinio q
in eodem ſuppoſito creato ē for
malis diſtinctio inter denomi-
nationes perfectionis ſimplicit̃
licet ſint idem realit̃. Verbi grā
in homine inter eſſentiaz / vitaz /
et intelligentiam ⁊c. Secundo
q in quolibet tali ſuppoſito fi-
nito. prima denominatio eſt in-
tenſior ꝙ̄ ſecunda. et ſecunda ꝙ̄
tertia. et ſic deinceps. et queli-
bet eſt in infinitum intenſibilis
ſicut linea vbicunq; inciperе-
tur poſſet in infinitum potendi
verſus oriens. nec aliqua pars
illius denominationis eſt indi-
uiſibilis ſicut nec aliqua pars
linee. Et illi gradus ſeu partes
eiuſdem denominationis ſecun
dum cum non differunt realiter
nec formalit̃ ſed ſoluz ex natura

E rei ſumēdo ſtricte hoc nomē ex
natura rei. ¶Ex ꝑdictis tertio
infert ꝙ homo eſt plꝰ ens/ſeu eſ
ſe ꝙ̄ viuēs/vel vita. ⁊ plus vita
ꝙ̄ intelligētia. Et ita dixiſſet de
qualibet ſpecie finita cui ꝯpete
rent iſte tres denoīatiōes ĩ ſpe-
cie tñ infinita quā ponebat poſ
ſibilē dicebat quālibet denoīa-
tionē eē infinitā: ⁊ ꝑ ꝯñs eque in
tenſam. Quarto ponit vltimam
denoīationē in aliqua ſpecie exi
ſtentē eē actualē ⁊ oēs p̄ores po
nebat potētiales: ita ꝙ īmedia-
te ꝑcedentē vocat īmediate po-
tentialē ad īmediate ſequentem
Et inde cōcedit ꝙ illa denoīatio
que ē actualis in ſpecie īferiori
eſt potentialis in ſpecie ſupiori
⁊c. ita ꝙ de quacūꝙ ſpecie fini-
ta ſcd̄m ipſū. ymaginandū eſtꝙ
ſcd̄m ꝙ ipſa eſt ſuperioꝛ plures
denomīationes in ipſa vnitiue
ꝯcurrūt: ſicut quanto numerus
F eſt maioꝛ tāto plures vnitates ĩ
ipo ſunt. ¶Et pro intelligentia
ampliori ponaꝶ ꝙ in aliquo in-
diuiduo concurrāt ꝑciſe decem
denoīationes. tūc ipſe dixiſſetꝙ
illud eſſet de noua ſpecie ita ꝙ
non eſſent ſub eo poſſibiles niſi
octo ſpecies: quoniam illud ens
in quo nō ꝯcurret aliqua deno-
minatio niſi pꝛima non dixiſſet
in aliqua ſpecie reponi: qm̄ ad
hoc ꝙ aliquid ſit in ſpecie reqri
tur ſm eūz ꝙ aliqua denomina-
tio ſit ibi potentialis et alia ſit
actualis. imo videtur mihi ꝙ ip
ſe conſequēter loquendo habe-
ret dicere ꝙ vbi nō cōcurrerent
niſi due denoīationes ꝑfectio
nis ſimpliciter adhuc illud non
eſſet in ſpecie ſed in genere. ſed ſi
tres tantum concurrerent illud
eſſet de pꝛima ⁊ infima ſpecie. et
ꝑ ꝯñs illud in quo ꝑciſe ꝯcurre-
rent decē eſſet de octaua ſpecie:
nec eſſent ſub eo poſſibiles niſi
ſeptē ſpecies. Et illd̄ ens in quo
nō eſſet niſi vna ſola denoīatio
nec fuiſſet in genere/ nec in ſpe-
cie ⁊c. ¶Quito ponit hec yma- G
ginatio ꝙ vna denominatio nō
poteſt qnātumlibet intēdi quin
cū eadem concurrat vnitiue po
ſterioꝛ denoīatio. ita ꝙ ſcd̄m eū
ꝙ̄uis quelibet denoīatio habe-
at latitudinē ⁊ augmentationē
certā anteꝙ̄ ſuperioꝛ/ denomi-
natio cōcurrat vnitiue cū eadez
tamē in qualibet denominatiōe
poſſibili in ſpecie finita pōt eſſe
certa latitudo anteꝙ̄ fiat vniti-
uus cōcurſus denominationis
poſterioris cuz illa. Aliter enim
niſi ſic eēt ſequiꝶ ꝙ lapis poſſet
eſſe ꝑfectioꝛ eſſentia ꝙ̄ angelus
quod eſt abſurdū. Et ꝯñs patet
ſcd̄m eū. qꝛ angelꝰ eſt finita eēn-
tia ⁊ limitata ergo ſi eēntia la-
pidū quantūlibet poſſet creſce-
re abſꝙ cōcurſu vnitiuo alicuꝰ
denominationis de facto nō cō-
currentis in lapide. ſequitur ꝙ
eius eēntia tandē attingeret ad
tantā ꝑfectionē / ⁊ maiorē ꝙ̄ ſit
eſſentia angeli. Nec poteſt dici
ꝙ ꝑ tale cremētum lapis eēt de
alia ſpē ꝙ̄ priꝰ qꝛ vbi alie deno-
minatiōes nō ꝯcurrūt / nec plu-
res/nec pauciores. neceſſario il-
lud ē lapis vel lapideitas. ſicut
ille nūerus in ꝗ qttuoꝛ vnitates/
vel quaꝶ vnitas/⁊ nō āpliꝰ ꝯcur
rit. neceſſario ē qternitas. ¶Se- H
xto ex oībus ꝑdictis ptꝫ ſm euz
qualiter attendenda eſt ꝑfectio
vel maioꝛ/vel minoꝛ ſpecierꝫ ſcꝫ
in hoc qꝛ habet plures vel pau-

ciores denoīationes pfectio=
nis ſimpliciter. Et qꝛ quodlȝ
ſuppoſitū ſpēi ſupioris ē pfe=
cti⁹ ⁊ inueni⁹ in qualibet de=
noīatiōe i qua ꝯuenit cū ſup=
poſito ſpeciei iferioris ꝙ illō
ſuppoſitū inferi⁹. Et ꝑm iſtaȝ
viā in eadē ſpē vnū ſuppoſitū
pōt eſſe pfecti⁹ alio ſcȝ ꝙ pt
habere maiorē latitudinē de=
noīationis ꝓprie ſpēi. in qua
nō cōcurrit cū ſpecie inferiori
Et i iſtis breuit̄ cōſiſtit imagi
natio quā iſte diffuſe tractat.
¶ Sed ego q̄ nō pono diſtin=
A ctionē formalē in creaturis ſi
Im= cut ſupra patuit i qſtiōe de di
proba ſtinctiōe. i diuinis habeo ne=
tio op. gare multa hic dicta tāꝗ̄ i in
de rip telligibilia. Ad cui⁹ declara=
pa. tionē ꝑmo ꝑmittā vnā diſtin=
ctionē ⁊ aliq̄s deſcriptiones.
Scđo ponā aliquas ꝓpoſitio
nes. Diſtiguo igit̄ ꝙ duplex ē
pfectio. ſcȝ pfectio ſimpl'r ⁊ p
fectio ꝑm quid. Perfectio ſim
pliciter a diuerſis diuerſimo=
de deſcribit̄ vel ſumit̄. Uñ ꝑȝ
Anſel. pfectio ſimplicit̄ eſt il=
lud qđ in vnoquoqȝ meli⁹ eſt
ipm ꝙ nō ipſuȝ Sȝ quicq̄d ſit
de iſta deſcriptione ad bonuȝ
intellectū ipam exponēdo tn̄
de ꝟtute ſermonis ꝯ eā darē=
tur multe inſtātie. Jō alit̄ pōt
deſcribi ꝙ pfectio ſimpliciter
eſt pfectio/vel res ſignificata
p aliquē terminū quē nō ſtat
ab aliquo remoueri ⁊ illud eſt
ſummū bonū. Talē em̄ termi
nū voco denoīationē pfectio=
nis ſimpliciter ſicut ſupra te=
tigi i qōne de diſtinctiōe i di=
uinis. lȝ ꝑm opinionē nūc di=
B ctā nō ſic ſumat̄. ⁊c. ¶ Sed p=

fectio ꝑm quid ſtricte ſumēdo
pōt deſcribi ꝙ eſt pfectio/ vel
res creata ſignificata per ali=
quē terminū quē non ſtat ab
aliq̄ remoueri ⁊ illud eſſe. ⁊ nō
eſſe min⁹ pfectū ꝙ illud p illū
ſignificatū Talē aūt terminū
ſic ſignificātē voco denoīatio
nem pfectionis ꝑm q̄d. Uerbi
gratia de ꝑmo. vita i deo ē p=
fectio ſimpliciter: ⁊ iſte termi
nus vita eſt denoīatio pfecti=
onis ſimpliciter. de ſcđa vero
vita creata eſt pfectio ꝑm q̄d
Et iſte termin⁹ vita creata eſt
denoīatio pfectionis ꝑm q̄d.
Et ꝑm iſtū modū ſola diuina
perfectio eſt pfectio ſimplici
ter. pfectio aūt creata ꝯſimi=
lis denoīatiōis pfectionis di
uine ē pfectio ꝑm q̄d: quā opi
nionē ſupra dicta opinio vo=
cat denoīationē pfectiōis ſim
pliciter: ita ꝙ idē denoīatur p
perfectionē ꝑm q̄d (vt hic de=
ſcribit̄) et per denoīationē p=
fectionis ſimpl'r ꝑm illam opi
nionē ꝗ̄uis nō ſic vtar iſto ter
mino denomiatio pfectiōis.
¶ Ex his ſequit̄ primo ꝙ ter= C
mini ſpecifici de pdicamento
ſubſtātie ſicut hō/aſin⁹/lapis
vel alij ſimiles exprimētes fi=
nitā limitationem eſſendi nō
ſūt denoīationes pfectionis
ꝑm q̄d. Ptȝ qꝛ talis terminus
pōt negari ab aliquo ente cre
ato: ⁊ cū hoc ſtabit ꝙ illō non
erit min⁹ pfectū ꝙ pfectio cre
ata ſigta per illū ſicut angel⁹
nō eſt hō: nec eſt min⁹ pfect⁹.
Et iō res ſignificata p talē ter
minū pōt vocari pfectio limi=
tata: et talis termin⁹ denoīa=
tio limitate pfectionis. Et ſic

vtar iſtis terminis pro nunc ⁊
ſemꝑ / in ꝯſimili materia bre=
uitatis cauſa. ¶Scd̃o ſequit̃
D ꝙ impoſſibile eſt eſſe aliquas
ſpecies qui aliqua denoiatio
perfectionis ſm q̃d ꝯueniens
vni conueniat alteri. ptꝫ: q̄m
eſſentia contingens eſt perfe=
ctio ſm quid ſed impoſſibile ē
aliquaꝫ ſpeciem eē et non eſſe
eſſentiā cōtingentē. Tertio ſe
quitur ꝙ inter ꝑfectiones ſm
quid: ſiue denominationes ta
lis ꝑfectionis eſt ordo eſſen=
tialis. ptꝫ: qꝛ ſtat vnā eē ſine
alia / et non econtra. igit̃. ⁊c.
Antecedens ptꝫ: qꝛ ſtat crea=
tam eſſentiam eē ſine vita ⁊ nō
ecōtra. ⁊ ſic de alijs. ¶Quar=
E to ſequit̃ ꝙ inter perfectiōes
ſm quid ſiue denoiationes ta
lis ꝑfectiōis illa dr̃ ꝯgrue po
ſterior et actualis reſpectu al
teri⁹ q̄ non poteſt ſtare ſine il=
la: ſed bene econtra. Quito ſe
quit̃ ꝙ ſi poſterior denoiatio
ꝑfectionis ſm q̃d infinitaret̃
pro pluribus ſupponeret q̄ꝫ ſi
prior denominatio infinitare
tur ſuppoſito tñ ꝙ vtraqꝫ pro
aliquo ſupponeret ptꝫ non i=
telligentia ꝓ pluribus ſuppo
nit q̄ꝫ non vita vnū eſt ꝙ pria
denomiatio ꝓ nullo ſuppone=
ret ſcꝫ non ens. Et ad iſtū ſen
ſum poſſet reduci vnū dictum
ſuprapoſite opinionis: ſcꝫ ꝙ
nullius denoiationis ꝑfectio
nis ſimpliciter ei⁹ non grad⁹
eſt non eſſe ſimpliciter preter
F q̄ꝫ prime ⁊c. ¶Sexto ſequit̃ ꝙ
poſſibile ē aliquas ſpecies ꝯti
nere ſe ꝑfectionaliter. ptꝫ. qꝛ
per vnā ſpeciem creatā ſic ꝯti
nere aliā intelligo non ꝙ vna
ſit alia perfectionaliter. ſꝫ ſi=
cut maior numer⁹ dicitur ꝯti
nere minorē / non ꝙ maior ſit
minor. ſꝫ qꝛ in maiore eſt mi=
nor / vel ꝯſimilis: ita ꝑfectio=
ſpecies ꝯtinet ꝑfectionalit̃ in
feriorē. qꝛ quicquid dicēs ꝑ=
fectionē ꝯuenit inferiori: con
uenit ſuperiori. ⁊ non ecōtra.
et hoc eſt poſſibile. ⁊c. Et per
ꝑdicta multa dicta illius opi
nionis q̄ ſunt īpropria ⁊ de vir
tute ſermonis falſa poſſent re
duci ad aliquē bonū ſenſū abſ
ꝙ poſitiōe diſtictionis forma
lis. ⁊c. ¶His ꝑmiſſis pono ꝯ G
dictā opinionē aliquas ꝓpo=
ſitiones. Prima ē: ꝙ nulla ſpe
cifica natura cōtinet alicuius
eēntialis ꝑfectionis itēſiuam
latitudinē / ſiue plures grad⁹
aliq̃ mō diſtinctos ꝯſtituētes
talē latitudinē gradualē. ptꝫ
qꝛ hoc marie poneret̃ ad ſal=
uādū exceſſum ſpecieꝝ i eſſen
tiali perfectione: ſꝫ hoc nō co
git qꝛ de⁹ q̄ dicitur maxime ⁊
infinite quodlibet aliud exce
dere. ponit̃ illius latitudineꝫ
perfectionis intentionalē cō=
tinere etiā a ponētib⁹ gradus
et latitudines i alijs: ſed eque
faciliter pōt i alijs ſaluari: vt
ptꝫ. Igitur. Item oppoſitum
non pōt ſaluari ſine illa diſti=
ctione formali / q̄ ſuperi⁹ fuit
improbata. ⁊c. ¶Ex hoc ſeq̄t̃ H
primo ꝙ nulla eſt latitudo re
alis vel ymaginaria. cui oms
grad⁹ ꝑfectionales rerū ſunt
applicandi. Iſtā ponit Clime
ton in ſumma ſua quā probat
qꝛ ex indiuiſibilib⁹ non fit cō=
tinuum: ſed quecunqꝫ natura
ſpecifica eſt ex ſe ꝑfectionali=

ter diuiſibilis. & nullã lineã aut latitudinẽ ꝯſtituunt hm̃oi gradus ꝑfectionales ſpecifici nec ſunt ꝯparabiles alicui latitudini. Scd̃o ſeq̃tur ꝙ licet aliqua res ſit perfectior eſſentia/vel vita q̃ alia. tñ null⁹ rei eſſentia/vl' vita eſt q̃dditatiue gradualiter intẽſa. Et loquor de intẽtione non ſcd̃m equalẽtiam: ſed ſcd̃m continentiã ⁊c.

A ❡ Scd̃a ꝓpoſitio eſt. ꝙ nulla ſpecifica natura excedit aliã perfectionaliter: vl' exceditur ab alia in aliqua q̃ñtitatiua ꝑfectione ſiue ꝓportione ariſmetica: vel geometrica. Uerbi gr̃a nec in dupla/nec in tripla ⁊c. patet. q: talis ꝓportio ſolum eſt ꝓprie in quantitatibus itenſiuis/vel extenſiuis/vel diſcretis. In naturis aũt ſpecificis non eſt ita. vt ptꝫ ex predictis. quare ⁊c.

B ❡ Ex hoc ſeq̃tur p̃io ꝙ nulla eſt ꝓprie equalitas/maioritas/vel minoritas ꝑfectionis in naturis ſpecificis vel eaꝝ indiuiduis. Ptꝫ. q: non eſt ibi ꝓprie ꝓportio ⁊ per ꝯſequẽs nec ꝓportio eq̃litatis/nec maioris vel minoris inequalitatis. Scd̃o ſequitur. ꝙ licet q̃libet indiuiduũ eiuſdem ſpeciei ſit alicu⁹ perfectionis eſſentialis et nõ maioris/vel minoris q̃ aliud non tñ ſeq̃tur ꝙ equalis. Ptꝫ. Nam ſi vni⁹ ad alterũ eſſet ꝓportio equalitatis tũc ipſius ad indiuiduũ ſpeciei inferioꝝ eſſet ꝓportio maioris inequalitatis. ⁊ ad idiuiduũ ſupioꝝ ꝓportio minoris inequalitatis ꝯtra predicta. Et ideo iſta conſequẽtia non valet aĩa xp̃i fuit alicu⁹ finite perfectionis ⁊ non maioris/vel minoris q̃ aĩa Jude ergo equalis. Oportet enĩ addere in añcedente aliciuius: ⁊ aliq̃ñte. ⁊ tunc añcedens eſt falſũ: q: ꝓprie nullius q̃ñtitatiue perfectionis fuit nec habuit ꝓportionẽ eq̃litatis ad aliam aĩaꝫ eiuſdem ſpeciei: ſicut nec maioris ieq̃litatis ad aĩam aſini: nec minoris ineq̃litatis ad naturam angeli ⁊c.

❡ Tertio ꝓpoſitio eſt. ꝙ nulla ſpecifica natura diſtat perfectional'r a nõ gradu vel etiã ſummo gradu eſſẽdi ſimpliciter. Patet. q: licet proprie loquendo alique res diſtent a non gradu ꝓprie ſpeciei. vel etiã a ſummo ſi ille ſit poſſibilis (Uerbi gr̃a) Albedo octo graduũ diſtat gradualiter a nõ gradu albedinis per oẽs gradus quos ꝯtinet realiter tñ nulla natura ſpecifica. ⁊c. Quia ſi ſic. vel diſtaret per aliquos gradus intrinſecos quos realiter/vel formaliter vel ex natura rei diſtinctos cõtineret. Et hoc non. vt patet ex predictis. vel per aliquos gradus eſſendi extriſecos. ſcilicet per ſpecies ĩter medias Et hoc non. quia nullum extrinſecum eſt alicui principiũ eſſentialis diſtãtie. Etiã ſic ſequeretur. ꝙ deſtructis illis intermedijs ſpecieb⁹: non eſſet diſtãtia huiuſmodi. quod non videtur. quare ⁊c.

❡ Quarta ꝓpoſitio eſt. ꝙ nulla ſpecifica natura eſt alia perfectior: vel imperfectior eſſentialiter ꝓpt̃ maiorem aut minorem receſſum a non gradu/vl' acceſſum

The marginal letters C (beside "angeli ⁊c. ❡ Tertio") and D (beside "videtur. quare ⁊c. ❡ Quarta") stand in the right margin.

ad ſummū gradū eſſendi ſim=
pliciter Patet ſicut int̃ eas nō
eſt perfectionalis diſtātia ⁊c.
vtdictū eſt. ſic nec acceſſ⁹/aut
receſſus. igitur penes hoc nō
pōt attēdi acceſſus ſpecific⁹.
Item cōceſſa tali diſtātia cuȝ
deus īfinite excedat oīa crea=
ta illa infinite ab ipō diſtarēt
et p̱ ꝯñs nō plus vnū q̄ȝ aliud.
igit̃ ſi oīa eſſent eq̄ p̱fecta. ⁊c.
E ¶ Ex his ergo patȝ ꝙ illd̕ cōe
dictū oīa ſunt magis/ vl̕ min⁹
p̱fecta ſm ꝙ magis/ vel min⁹
appropinquāt/vel diſtāt a p̄=
mo nō debet intelligi de ꝓpin
q̄tate/vel diſtātia p̱fectionali
ſm maiorē/vel minorē exceſ=
ſum p̱fectionis diuine ad alia
entia. Patet q2 īfinite excedit
⁊c. ¶ Scd̕o/ſeq̄tur ꝙ illud di=
ctū debet intelligi de ꝓpinq̄ta
te/vel diſtātia a deo ſm maio
rem/vel minorē ꝯueniētiā/ vl̕
ſimilitudinē ī plurib⁹/ vl̕ pau
ciorib⁹ denoīationib⁹ p̱fectio
nis cū eo. ptȝ ex p̄ri⁹ dictis ⁊c.
Et talis coueniētia non īpedi
tur ꝓpter infinitatē dei. Sicut
eni eſto ꝙ eſſet albedo vna/īfi
nita intēſiue adhuc maior eēt
ꝯueniētia inter eā ⁊ vnā rube
dinē decē graduū q̄ȝ nigredi=
F nem decē graduū q̄ȝuis vtrāq̄ȝ
excederet īfinite ſȝ gradū: ſic
licet de⁹ excedat īfinite quēli=
bet rē. tñ vna maiorē habet cō
ueniētiā cū eo ſȝ ꝙ ei ꝯueniūt
plures denoīatiōes p̱fectiōis
quarū ꝯſimiles ꝯueniunt deo
ac p̱ hoc cōcludit̃ p̱fectior: et
d̕r magis appropiquare deo.
Et ſic attēdit̃ acceſſ⁹ ſpecific⁹
Dic tñ eſt diligent̃ aduertēdū
ꝙ lȝ ſint aliq̄ue due res: ⁊ toti

dem ꝯueniāt denominatiōes
p̱fectiōis ſimpliciter vni ſicut
alteri. tñ ꝓprie loq̄ndo de ſpe
cie. non ꝓpt̃ hoc ſequit̃ ꝙ ſint
eiuſdē ſpeciei Patet. q2 ſtat ꝙ
alt̃a illarū nō ſit ꝓprie in ſpe=
cie: ſed de p̄dicamēto ſubſtan
tie. ptȝ hoc d̕ hoīe/ ⁊ de aīa al
teri⁹ ⁊c. Tñ ex illo ātecedēte
īfert̃ ꝙ ille res non ſint diuer
ſarū ſpecierꝫ: ⁊ ꝙ ſunt eſſentia
lit̃ eque p̱fecte. et hoc ſufficit
ad ꝓpoſitū. Et hec de iſta ma
teria: ⁊ hoc t̃tio articl̕o Et hec
de q̄ſtione. Ad rationes q̄ſtio
nis ptȝ clare ex predictis ⁊c. G

¶ Queſtio quartadecima ⁊ vl
tima hui⁹ primi libri: que tra
ctat de voluntate dei. q̄ſtio 14.

Circa quadrage
ſimāquintā diſtin
ctionē in q̄ et aliīs
ſequētib⁹ vſq̄ȝ ad
finē p̄mi magiſter
agit de volūtate dei. ¶ Quero
vtrū volūtas diuia īpedibilis
ſit prima lex obligatoria crea
te volūtatis. ¶ Arguit̃ primo
ꝙ nō: q2 volūtas diuia eſt īpe
dibilis: nec ſemp̱ īplet̃ a cau=
ſa creata ⁊c. Antecedens ptȝ:
q2. j. ad Thimo. ij. dicit ap̄lus
ꝙ deus vult oēs hoīes ſaluos
fieri. ⁊ tñ hoc īpedit cauſa cre
ata. nec in hoc īplet̃ voluntas
diuina: quia ꝓpter peccatum
non oēs ſaluantur: quare ⁊c.
¶ Scd̕o ſic. q2 voluntas diuia
non eſt regula/cui vniuerſalit̃
ſe conformare teneat̃ volūtas
creata. igitur ⁊c. Antecedens
ꝓbat̃. q2 ī enchiridion ca. no.
dicit Auguſtin⁹ ꝙ bonus fili⁹
bona volūtate vult p̄rē ſuū vi

Inop poſitū

Deciſio q̄ ſtiōis.

Utrū volū tas diuina īpedibilis ſit prima lex obligatoria.

Arg.

1. arg.

uere quē deus bona volũtate vl' timori ꝛc. igiť iſte licite diſformat volũtatē ſuã volũtati diuine. q̄reꝛc. ¶ Tertio ſic: q2 volũtas diuina nõ eſt p2ia lex a qua diriueť ois alia lex creata. igiť ꝛc. Añtedens pbať. q2 ꝓpheta dicit. Eſa. x. Ue q̄ cõdunt leges iniq̄s. Et p ꝯñs aliq̄ ſũt leges create iniuſte: ſꝫ a volũtate diuia iuſtiſſima nõ poteſt diriuari iniuſticia. iuxta illud. q̄m deus nolẽs iniq̄tatē tu es. q̄re ꝛc. ¶ In oppoſitũ ē Augu. xij. cõtra Fauſtũ dicẽs Lex eterna eſt diuina mẽs ſeu volũtas ordinē naturalē ſuari iubens turbari vetãs. ſꝫ lex eterna ē p2ia lex obligatoria ꝛc. igiť ꝛc. In iſta q̄ſtiõe iuxta materiã triũ argumẽtoꝝ erũt tres articuli. ¶ Primꝰ vtꝝ volũtas diuina ſit ĩpedibilis: et ſemp ĩpleať a cauſa creata ꝛc. ¶ Scd̄o vtrũ voluntas diuina ſit regula cui vniuerſaliť ſe cõformare teneať volũtas creata ꝛc. ¶ Tertiꝰ vtꝝ volũtas diuia ſit p2ia lex a q̄ diriuať ois lex creata ꝛc. ¶ Quãtũ igiť ad primũ p2io ꝓ intellectu huiꝰ articuli ꝛ totiꝰ q̄ſtiõis p̄mittã aliq̄s diſtictiones. ¶ Scd̄o ponã ꝯcluſiões. ¶ P2ia diſtictio ſit iſta: ꝙ hoc nomē volũtas vl' hoc totũ voluntas dei q̄ñq3 ſumiť ꝓp2ie. Et tũc ſignat diuinũ bñplacitũ. qd̄ nõ ē aliud q̄3 ipſe deus volẽs. Q̄ñq3 vero ſumiť ĩp2op2ie ꝛ methaphorice Et tũc ſupponit nõ ꝓ bñplacito/ vl' volũtate dei: ſꝫ ꝓ aliquo alio qd̄ eſt eiꝰ ſignũ. Uñ q2 ſepe ſigna noĩanť noĩbꝰ ſignatorũ ſicut ſubuẽtio exhibita pauperi d2 mĩa et pietas: ꝛ teſtamentũ alicuiꝰ d2 eiꝰ volũtas. q2 eã deſignat. ſic etiã aliqua quibꝰ nobis volũtas q̄ deꝰ eſt ſignať/ vocanť in ſcripturis / diuina volũtas Et hmõi ſigna ſunt p̄ceptũ. ꝯſiliũ. ꝓhibitio. opatio. vel ĩpletio. ꝛ pmiſſio. Et dicunť ĩ ſcriptura pluraľr volũtates dei. iuxta illud. p̄s Magna opa dñi exq̄ſita ĩ oẽs volũtates eius. Q̄uis vnica et ſimplex ſit dei volũtas Et hec diſtictio ſolet cõiter poni ſub his verbis. ꝙ q̄dã eſt volũtas dei bñplaciti. alia eſt volũtas ſigni. Hic tñ ē aduertẽdũ p2io qualr̄ p̄dicta ſigna diſtiguũť. Unde ſicut ĩ p2imo p2incipio meo declaraui. ĩpoꝝ diſtictio põt ſic haberi. Nam q̄nq3 modis poſſumꝰ imaginari deum aliq̄d velle. ¶ P2imo mõ vult aliq̄d debere fieri a creatura. et huiꝰ ſignũ eſt p̄ceptũ. ¶ Secũdo modo vult aliq̄d debere nõ fieri. ꝛ huiꝰ ſignũ eſt prohibitio. ¶ Tertio mõ vult aliq̄d nec debere fieri/ nec debẽ non fieri. ſed expedire fieri: ꝛ huiꝰ ſignũ eſt ꝯſiliũ ¶ Quarto modo vult aliq̄d nec debere fieri nec debẽ nõ fieri/ ſed licere fieri. ꝛ huiꝰ ſignũ eſt indulgẽtia vel permiſſio. ¶ Quĩto modo vult ſimpliciter aliq̄d eſſe vel fieri ꝛ huiꝰ ſignũ eſt impletio/ vel opatio. ¶ Unde q̄libet ad extra dei opatio eſt ſignũ volũtatis diuine ſicut effectꝰ ſue cauſe ꝛc. Sic igiť volũtas diuina precipit bona ſicut deũ honorare/ ꝓximum amare/ ꝛ ꝓhibet mala ſicut deũ odire. ꝓximũ ledere. Nec ideo precipit

Margin notes: Arg. — In oppoſitũ — Deciſio q̄ſtiõis. — A — Articulus — B — C

bona: q2 bona ſint. vel ꝓhibet
mala q2 mala ſint: ſed ſicut de
claraui tūc hec ideo bona ſūt
q2 precipiunť: ⁊ mala: q2 ꝓhi
bentur. Sed ꝯſulit maiora bo
na ſicut ſunt virginitas ⁊ pau
pertas ⁊ permittit minora bo
na ſicut ſunt ꝯiugium ⁊ dñiū.
ſed operatur generaliter oīa.

D ¶ Scđo notādum ꝙ licet ꝓdi
cti termini p̄ceptum ⁊c. cōiter
accipiātur ꝓ ſigno diuine vo-
lūtatis bn̄placiti: tn̄ ſicut tūc
dixi non ſolū ſupponūt ꝓ diui
ne volūtatis extrinſeco ſigno.
ſed etiā ꝓ ipſius bn̄placito et
actu intriſeco. Unde iſte ter-
min⁹ preceptū nō min⁹ ꝓprie
ſupponit ꝓ bn̄placito diuine
volūtatis quo p̄cipit aliq̄d de
bere fieri ſeu vult aliq̄d debe-
re fieri q̄ꝫ ꝓ ſigno extriſeco ta
lis actus. et ſic de alijs ⁊c.

E ¶ Tertio notādum ſicut i pri
mo pricipio intuli ꝯtra quedā
magiſtruꝫ ꝙ capiēdo ꝑmiſſio
nem vt eſt ſignū volūtatis dei
non eſt ꝯcedendū ꝙ deus ꝑmit
tit mala culpe fieri. Nā ꝙ ali-
q̄s ꝑmittat aliq̄d fieri poteſt
dupl'r intelligi. Uno modo q2
nec p̄cipit/ nec ꝓhibet/ nec ꝯſu
lit illud fieri: ſed idulget. ⁊ ta
lis ꝑmiſſio eſt ſignū volūtatis
dei. q2 aliq2 ē actū ſignificat, i
ſic ꝑmittēte vt ptꝫ. Et iſto mō
deus non ꝑmittit mala culpe
fieri. vt ptꝫ. Alio modo q̄s dr̄
aliquid ꝑmittere fieri: q2 nec
habet velle / nec habet nolle
vt fiat. ſed ſolū nō velle. Et ta
lis ꝑmiſſio nō eſt ſignū diuine
volūtatis. q2 nullū actū volē-
di ſignificat in ſic ꝑmittēte. vt
patet. Et iſto modo ſm̄ magi-
ſtrum deus ꝑmittit mala cul-
pe. q2 nec vult ea fieri nec vult
ea non fieri. q2 ſi nollet nō fie
rent: ſed ſolū non vult. Et per
ꝯn̄s nō habet actū voluntatis
reſpectu hui⁹ eſt maluꝫ culpe
fieri. quare ⁊c. Sed ſm̄ Brād.
et alios q̄ tenēt ꝙ de⁹ vult ma
la culpe: ⁊ ꝙ reſpectu cuiuſli-
bet rei habet velle/ vel nolle.
nec hꝫ ſoluꝫ nō velle. de⁹ illo
modo nō ꝑmittit mala culpe
fieri. ſed ideo ſꝫ hūc modū dr̄
ꝑmittere. q2 nō approbat ea:
nec ipedit ea fieri cū poſſet ⁊c

¶ Scđa diſtictio eſt ꝙ iſte ter F
minus ꝯplex⁹ volūtas dei bn̄-
placiti. Uno modo ſumiť ꝓ vo
luntate dei ſimplicis ꝯplacen
tie vel diſplicētie. Alio modo
ꝓ voluntate dei ꝓſecutionis
vel fuge. tn̄ in vtraq3 acceptio
ne ſupponit ꝓ vna et eadē re.
ſcꝫ ꝓ voluntate illa q̄ deus eſt
Et tn̄ aliquid ꝯnotat ſumēdo
illū terminū primo modo. q̄d
non ꝯnotat vel ſaltē non ꝯno-
tat taliter ſcđo modo. Un̄ ſm̄
magiſtrum Gregoriū volūtas
dei bn̄placiti ſcđo modo ſum-
pta eſt reſpectu ꝯplexi volitio
ſed prio modo ſumpta eſt ſim
plex ꝯplacentia. Non itelligē
do ꝙ ſi duplex volūtas in deo
vna ſimplex alia non ſimplex
ſed ſolum ꝙ iſte terminus vo-
luntas dei bn̄placiti q̄nq3 ſup
ponit ꝓ deo connotando ipm̄
velle ſeu habere volitionem
reſpectu alicuius complexi.
Aliquādo vero ſupponit pro
deo non ſic connotando ꝙ ſit
reſpectu alicuius complexi:
ſed ꝙ ſit ſimplex complacētia
proportionabiliť ſicut ſupra

diſtinxi de ſimplici noticia et
noticia iudiciaria. vt ſimplici
noticie correſpõdeat ſimplex
cõplacentia: ⁊ noticie iudicia
rie proſecutio vł fuga. hec tñ
non diſtinguit̃ in deo ſicut in
A creatura ⁊c. ¶ hic tñ eſt pri-
mo aduertendũ ꝙ lȝ diſtictio
ſit ſatis cõis. tñ exponẽdo eã
ſicut magiſter Gregori⁹ dicit
ipſa videt̃ mihi dubia. Nam
apparet michi prima facie ꝙ
oĩs volitio ſit reſpectu cõple
xi. Nã ſicut dicit holkot. q. ij
primi articulo q̃nto videtur
ꝙ omis volitio vel nolitio eſt
q̃dam oratio mentalis optati
ui modi vel equalens tali. ſi-
cut iſta. Uolo habere beatitu
dinem: valet tñ ſicut hec. vti
nam ego habeã beatitudinẽ.
Quod ſi ita eſt ſequit̃ ꝙ nihil
eſt dicere volo. a. niſi ſubintel
ligat̃ aliqđ v̾buȝ: ſcȝ volo ha-
bere. a. vł volo. a. eſſe vł fieri
vł aliqđ tale. Et per ↄ̃ñs cum
magiſter deſcribat ꝓſecutio-
nem ꝙ eſt velle aliquid eē vł
fieri: ⁊ fugã ꝙ eſt nolle aliq̃d
eſſe vł fieri. ⁊ oĩs actus volũ-
tatis ſit talis vt videtur ꝑ pre
dicta ſequit̃ ꝙ oĩs volitio dei
eſt reſpectu cõplexi ⁊ eſt ꝓſe-
cutio vł fuga. quare illa diſti
ctio nõ videt̃ vera illo mõ in-
tellecta. Sed q̃a de hoc vide-
re non ſpectat ad p̃ns: iõ trã
B ſeat pro nunc. ¶ Secundo no
tandum ꝙ ſm magiſtrũ Gre
gorium. ſignorũ predictoruȝ
quedam ſunt ſigna volũtatis
ſimplicis cõplacentie. ſcȝ pre
ceptum. ꝓhibitio. ⁊ conſiliuȝ
quedam aũt ſunt ſigna volũ-
tatis. proſecutionis. vł fuge.
vt impletio ⁊ ꝑmiſſio. Uolun
tatis q̃dem ꝓſecutionis ſignũ
eſt impletio ſiue operatio: fu
ge vero permiſſio: ſȝ iſtud di-
ctũ non eſt verũ ſicut patet ex
diſtinctione illorũ ſignorum
ſupra poſita. ⁊c. Nam prece-
ptum. prohibitio. ⁊ conſiliuȝ
ſunt ſigna non ſolũ ſimplicis
cõplacentie. nam ⁊ ſi talis vo
litio concederet̃ in deo. tamẽ
illa vt ſic non obligat mõ pre
ceptũ eſt ſignum voluntatis
obligantis. ¶ Tertio ad ſciẽ- C
dũ q̃uo ꝓceptũ obligat notan
dũ eſt ꝙ in ꝓceptione aliud ẽ
aliq̃n qđ ꝓcipit̃/aliud qđ intẽ
dit̃: ſeu ꝑ qđ precipit̃. ſicut pȝ
in precepto facto Abrahe de
imolando filium. q̃ preceptio
nõ erat vt ita fieret: ſȝ erat ad
figurã data. ⁊ ad probationẽ
vł manifeſtationẽ abrahe Et
ita q̃ꝫ de prohibitiõne: ſicut
in illo ſanato cui deus prohi-
buit ne cui diceret Marci. j.
quoniã non ſic prohibuit de⁹
vt ita fieret. nec volebat illũ
teneri vt nemini diceret: al's
ipſe peccaſſȝ in dicẽdo qđ nõ
tenet̃: ſed hoc factũ eſt ad de
notandũ ꝙ fugienda eſt vana
laus populi. Et idem de con-
ſilio poteſt eſſe in talib⁹. ergo
non eſt obligatio ad illud qđ
de forma verborũ precipitur
ſed ad illud propter qđ preci
pitur. q̄ȝ de hoc intentio pre-
cipientis. vt in dictis exẽplis
patet. ¶ Iſta tamen exempla
in aliquo differũt. q̃a in ꝑmo D
exemplo per preceptuȝ factũ
abrahã tenebat̃ velle imola-
re filiũ ſuũ. al's nõ videret̃ ma
teria tãte laudis ſicut ſibi ex

volūtate attribuit. ſʒ in ſcđo exēplo ille ſanat⁹ nō tenebat credere ꝙ teneret nemini di=cere. Qđ pʒ: qꝛ ſi ita foret ille peccaſſʒ i hoc dicēdo (ſcʒ agēdo ꝯtra cōſcientiam) ꝙ credidiſſet nō debere dici/ vel pec=caſſet in neſciēdo qđ tenebat ſcire. cui⁹ oppoſitū cōiter te=

E netur. q̄re ꝛc. ¶ Tertia diſtinctio eſt ꝙ iſte termin⁹ cōplex⁹ volūtas dei bn̄placiti ſumen=do ipm̄ ſcđo mō ſcʒ ꝓut ſupponit ꝓ deo: ꝯnotādo ipm̄ habere volitionē reſpectu cōplexi adhuc pōt dupl'r capi. Uno mō ꝓ volūtate dei bn̄placiti an̄cedente. Alio mō ꝓ volūtate ꝯn̄te. Et hec diſtictio ē cōis apđ doctores ātiq̄s: ꝛ fundat in dicto Dam̄. li. ij. c. pen̄. vbi đt ꝙ opʒ ſcire ꝙ de⁹ an̄dēter vult oēs hoīes ſaluos fieri/ ꝛ regno ei⁹ potiri ꝛc. Hic tn̄ eſt aduertēdū ꝙ iſta diſtinctio a diuerſis diuerſimode intelli=

Tho̅e git. ¶ Et p̄mo ſctūs Thomaſ intelligit eā ſic. qđ. ſ. illđ volumus an̄ter qđ nō ſimpl'r volumus: ſʒ ſm̄ qđ. qđ aūt volum⁹ ꝯn̄r: illud ſimpl'r volum⁹. Et ſic idē vno mō pōt eē volitū/ ꝛ alio mō nō volitū: ſicut iudex ſimpl'r vult homicidā ſuſpendi: ſʒ ſm̄ qđ vellet eū viuere. ſcʒ inq̄tuʒ ē hō. Un̄ dicit iſta opinio ꝙ iſta volūtas an̄s magis dʒ dici velleitas q̄ abſolute volūtas. Quicq̄d eni deus vult ſimpliciter fit. ſʒ illud qđ vult an̄ter nō ſemper fiat. ꝛc.

F ¶ Sed magr̄ Grego. oñdit ꝙ

Opi. greg. iſta diſtictio ſic intellecta nō valet: qꝛ ſiue velleitas ſit quidaʒ actus volūtatis in nobis qui ſignat cuʒ dicit vellē hoc vel iſte vellet illud. ſiue nō (de quo poſſet eē dubiū) nichil tn̄ eſt ad ꝓpoſitū. qꝛ talis actus non ſigtur ꝓ verbū indicatiui modi ꝛc. nec aliqua velleita=te vere dicit ꝙ ipſa vult: q̄uis dici poſſʒ ꝙ vellet. Nec ſequitur. vellem ꝗ volo. Cum ergo apl's ꝛ Dam̄. dicāt ꝙ de⁹ vult ꝛ nō vellet. ptʒ ꝙ nō ꝯgrue intelligit de volitiōe aliqua cōditionali. Sil'r talis mod⁹ volendi cōditionaliter nō cadit in deo. nā ſic poſſet velle ipoſſibile ꝛc. ¶ Scđo notandū ꝙ G

ſm̄ aliquos aliter intelligen=da eſt p̄dicta diſtictio. Un̄ ſʒ Scotū de⁹ dꝛ velle an̄ter oēs hoīes ſaluos fieri. qꝛ oīb⁹ dedit dona naturalia/ et leges rectas: ꝛ etiā adiutoria cōis ſufficientia ad ſaluteʒ. Et iſta vocat voluntas an̄s. ꝯn̄s aūt eſt qua vult alicui ꝓpter ſua merita beatitudinem. ¶ Sed Op Sco

ſm̄ Ockam ꝛ ſatis ꝯformiter mō predicto voluntas dei antecedēs eſt: qua dat alicui naturalia/ vel an̄cedētia: quib⁹ pōt aliq̄d cōſequi: cui etiā paratus eſt coagere ſi ille velit: nec ſibi ꝯtrariū manifeſtabit cū precepto vel ꝯſilio exequēdi. Uoluntas aūt ꝯn̄s eſt illa qua deus vult efficaciter ali=q̄d ponēdo illud ineſſe. Et iō dicit deus velle an̄ter oēs homines ſaluos fieri. qꝛ dat oī=bus antecedētia quib⁹ poſſūt cōſequi ſalutem cū precepto vel cōſilio exequendi. ꝛ nūq̄ precipiet eis cōtrarium ꝛ eis erit paratus coagere ad conſequēdū ſalutem. Sed magr̄ Op Oc

Grego. impugnat vtrūq; iſto
A rū magoꝝ diffuſe ⁊c. ¶Ter
tio tñ circa hoc eſt notanduz
q̄ q̄cquid ſit de p̄mo mō tñ nō
videtur mihi q̄ magr̄ Grego.
ſufficiēter reprobet ſcdm. Nā
intentio Ockam ꝓut mihi ap
paret eſt. q̄ deum velle aliq̄d
ſñter eſt deū velle alicui ali=
qua bona antecedētia quib⁹
pōt conſequi illud ad qđ obli
gatur ab ipſo deo. Et iſto mō
audire legē xp̄i/ ⁊ euangeliū/
⁊ verbū dei eſt volitum a deo
antecedēter: ptz q2 ꝑ hoc pōt
quis conſequi fidem. ⁊ ɔñter
preceptoꝝ impletionez: lz nō
oēs bene vtantur illo: q2 non
oēs obediunt euangelio ⁊c.
¶Si vero dicat̄ cōtra hoc q̄
audire v̄bū dei ſepe nocet ma
xime infidelibus ſicut iudeis
quib⁹ eſt in ſcandalū. igit̄ illđ
B nō debet dici añs ad ſalutem
Solu. ſiue adiutoriū. ¶Iſtud nō va
let. q2 cum fides ſit ex auditu
vt đt apl's Roma. x. Illud me
rito dicitur adiutoriū ad con
ſequendū aliq̄d quod in aliq̄=
bus eſt: ⁊ fuit cauſa ad conſe=
quendū illud. maxime cū illđ
fuerit ordinatum a deo: vt in
deū hoīes credāt ⁊ ſalui fiāt.
Unde ſi ſic eſſet q̄ nihil dice=
retur adiutoriū ad aliquid cō
ſequendum niſi de facto cōſe
queretur illud. quare ꝑ̄dica=
retur quotidie q̄ plura bona
vel dona receperit xp̄iani ad
cōſequendū ſalutem q̄̄ alij. ſ.
noticiā de ſcp̄turis/ fidē/ ſpez
⁊ multi charitatē. qui tñ non
oēs cōſequentur ſalutē immo
inde grauius punient̄ ꝓpter
ingratitudinē ſm illud. ij. Pe
tri. ij. Melius eſt viā veritat̄
nō cognoſcere ⁊c. Et illud Ja
cobi. iiij. Scienti bonū ⁊ non
facienti pctm̄ eſt illi. Et vnde
hoc queſo: niſi q2 tales magis
obligant̄ qui talia receperūt C
q̄̄ alij qui nō. ¶Sz quare ma
gis obligant̄ ſi talia non ſint
adiutoria. Et nonne xp̄s oſtē
debat iudeos magis eē obli=
gatos ad cognoſcendū tp̄s vi
ſitationis ſue: ſiue ad creden=
dum in eū? Tum q2 habebāt
legem ⁊ ꝓphas in quib⁹ pote
rāt ſcrutari teſtimonia đ deo
Tum q2 corā eis multa mira
bilia faciebat: ꝓpter qđ dicit
Joh. xv. Si nō veniſſem ⁊ lo=
cutus eis nō fuiſſem/ pctm̄ nō
haberent. Et tñ certum eſt q̄
eis non erat datū vt crederēt
Et ita lz deus nō vellet effica
citer q̄ crederent: tñ illa erāt
eis adiutoria ad fidē ad quā
tenebant̄. Et q̄ vellet ad iſtū
ſenſum capere v̄ba Ockam ſi
cut ⁊ ipā pretendūt. nō video
quin ipſe bñ dicat. Nec appa
ret mihi q̄ mgr̄ Grego. aliq̄d
contra eū conducat. ſicut ptz
intuenti: ſed tranſeo ⁊c. His
premiſſis ergo ſatis ptz q̄ vo
lūtatem dei impleri nihil aliđ
eſt q̄̄ ita eſſe qualiter ipā vult
eſſe vel fieri: vel nō ita eē qua
liter ipſe nō vult eſſe vel fieri
licet aūt velle vel nolle ſolum
deo conueniāt ſm voluntatē
beneplaciti. tñ iproprie ⁊ tro
pice attribuit̄ velle ſibi ſm vo
luntatem ſigni. iō de vtriuſq;
impletione dicendū eſt. Et de D
hoc pono tres concluſiones. 1.con=
¶Prima eſt q̄ volūtas dei ſi cluſio
gni. nō ſemꝑ implet̄. ¶Secū 1.ɔcl.

est q voluntas bn̄placiti aīs
3. con- non semꝑ implet̄. ¶ Tertia ē
clusio q volūtas bn̄placiti ɔn̄s sem
per implet̄. Et q̄libet harum
conclusionū intelligit̄ stante
constantia subiecti. i. supposi
to q de⁹ aliq̄d taliter velit vel
ꝓbat̄ nolit ¶ Prima ɔclusio ꝓbat̄ ꝑ
1. ɔclō mgr̄m: ⁊ ē satis clara. q̄m de⁹
multa ꝑcipit ⁊ ɔsulit fieri ab
hoīb⁹ q̄ non fiunt. multa ꝓhi-
bet q̄ fiunt. Hic tn̄ est aduertē
dum q volūtatem signi sicut
ꝑceptū dei implerí/ pōt dupli
citer intelligi. Uno mō q ita
sit sicut ꝑ tale signū vel prece
ptum signat̄ ad intentionem
precipientis. Et sic semꝑ im-
pletur. Nam ꝑ tale preceptū
significat̄ aliq̄d debere fieri a
creatura. ⁊ ita est. aliter tale
signū non esset verū. Alio mō
potest itelligi q ita sit vel fiat
sicut ꝑ tale signū vł̄ preceptū
signat̄ debere fieri. Et sic non
semꝑ impletur. Et sic intelli-
gitur ɔclusio ⁊ dictū magistri
Nec ꝓpter hoc seq̄tur q tale
signū vel preceptū sit falsum
signum: q̄ɀ non signat sic esse
vel fieri ⁊c. Un̄ sequit̄ q ꝑce-
ptū dei nō signat deū velle ef
ficaciter illud fieri qđ ꝑcipit
fieri. Patet. q̄a multa ꝑcipit
deus fieri q̄ non vult fieri ⁊c.
Et ita pōt dici de ɔsilio. Secū
do sequit̄ q ꝓhibitio dei non
signat deū nolle efficaciter il-
lud fieri qđ prohibet fieri. Pɀ
q̄a multa prohibet fieri (sicut
mala) q̄ fiunt: ⁊ ꝑ ɔn̄s ea vult
fieri sicut q̄dam dicunt/ vł̄ sal
tem non habet nolle respectu
illoꝝ: q̄a ip̄o nolente nihil fit.
2 quare ⁊c. ¶ Secunda conclu
sio probatur: q̄a s̄m apl̄m et
Damascenū deus vult oēs ho
mines saluos fieri voluntate
antecedente ⁊c. Hic tn̄ est ad-
uertendū q voluntatē dei an
tecendentē impleri pōt dupli
citer intelligi. Uno modo q
cuicūq̧ de⁹ vult dare talia do
na antecedētia ad salutem ta
lis ea recipiat. ⁊ sic semꝑ im-
pletur: nec sic intelligit̄ ɔclu-
sio. Alio mō pōt intelligi im-
pleri. q̄a cui de⁹ vult dare ta-
lia dona antecedētia: talis de
facto ɔsequitur vel conseque
tur ꝑ illa illud qđ debet conse
qui. Et sic dicit̄ nō impleri q̄n
alicui deus dat hmōi dona et
tamen non consequit̄ ꝑ illud
quod deberet. Et isto mō pos
sunt intelligi Damascenus ⁊
alij antiqui doctores Nec op
positum probat Grego. qua-
re ⁊c. ¶ Tertia ɔclusio proba
tur: q̄a si non ⁊c. vel ergo illđ
quod vellet aut nollet eēt sim
pliciter impossibile aut possi-
bile. Non primuɀ. q̄a non est
hoc attribuendū ei q̄ rationa
biliter semꝑ vult. Nec secun-
dum: q̄a tunc seq̄tur q volun
tas dei non esset omp̄s: q̄a nō
omne possibile ⁊ non existēs
posset facere esse nec oē possi
bile non eē: posset facere non
esse. Nā si vellet ⁊ posset vtiq̧
faceret. Ideo dicit Augusti-
nus enchiridiō. xiiij. q inani
ter velle nō potest quodcūq̧
voluerit. Aliter non eēt om-
potens: vt ibidem arguit. Ad
hoc facit illđ enchiridion. iij.
dei oīpotens voluntas semꝑ
inuicta ē. Et illud Roma. ix.
voluntati eius q̄s resistet. Et

illud pſalmiſte. Oĩa quecũq̃
voluit fecit. Et multa ſiĩ'a ꝛc.
A ℂEx his ſeq̃tur primo. q̄ nõ
ſtat deũ aliq̃d velle eẽ/vel fie-
ri ꝛ nõ eſſe illud/vel fieri/ vel
etiã nolle ꝛ illud eſſe vel fieri.
Scđo ſeq̃tur q̄ ſicut non ſtat
deũ velle aliquid eẽ vel fieri ꝛ
illud nõ eẽ vl' fieri: ſic nec ſtat
aliquid eẽ vel fieri et deũ non
velle illud eſſe vel fieri. Jta q̄
vtrobiq̃ eſt ꝯñs ꝯuertibilis.
ꝛc. Si vero infert̃ de pctõ. ꝛc.
patet aliqualiter rñſio ex di-
ctis in alia queſtione i primo
articulo: ꝛ magis patebit i ſe
cundo libro i materia de pec-
B cato. ꝛc. Ex oib⁹ ergo p̄dictis
pꝫ reſpõſio ad primã rõnem
queſtionis. Unde negat̃ añs:
ſi intelligitur de volũtate bñ-
placiti ꝓprie dicta. Et ad pro
bationẽ dico primo q̄ aucto-
ritas apl'i põt exponi de volũ
tate ſigni/vt itelligat̃. vult. i.
precipit vl' obligat vt oẽs ſal
ui fiant. quare. ꝛc. Scđo dico
q̄ ſi illa auctoritas exponitur
de voluntate beneplaciti põt
intelligi devoluntate antece-
dente ſicut dictũ eſt: ꝛ ſic eſt ꝑ
dictis. Tertio dico q̄ ſi expo-
nitur de volũtate beneplaciti
ꝓprie dicta debet intelligi ſi-
cut dicit magiſter. i. nulli ſal-
uãtur niſi quos deus vult ſal-
uari: ſicut ꝛ illud illumiat om-
nem hominẽ venientẽ in hunc
mundum. Quarto dico q̄ etiã
poteſt exponi nõ ſm diſtribu-
tionem ꝓprie dictam ſed ſm
diſtributionem accommodã:
ita q̄ ly homines diſtribuitur
nõ pro ſingulis generum: ſed
pro generib⁹ ſingulorũ: id eſt
de omni genere aliquos. Et
hec de primo articulo.
ℂQuantũ ad ſcđm articuluꝫ C
in quo videndũ vtrũ volũtas 2. arti
diuina ſit regula cui vniuerſa culus
liter ſe ꝯformare tenet̃ volun
tas creata. Primo premittaꝫ
aliquas diſtinctiones. Scđo
ponã aliquas concluſiones.
Tertio ſoluam aliquas obie-
ctiones Preſuppoſitis igitur
diſtinctionib⁹ de volũtate dei
poſitis in p̃mo articulo. Quã
tum ad hunc articulũ Prima
diſtictio erit de volũtate crea
ta: q̄ poteſt accipi tam ꝓ potẽ
tia volitiua q̃ꝫ pro actu eius q̄
ꝓprie dicit̃ volitio. Utrunq̃
em̃ hoꝝ a ſanctis volũtas no
minatur. Horum aũt actuum
quidã conſequũtur quaſi na-
turaliter voluntatẽ ꝛ p̄cedũt
deliberationem rationis. qui
damvero ſequuntur delibera
tionem rationis. Cum igitur
conformitas de qua queritur
attendatur penes actus: ꝛ ta
men actus preuenientes deli
berationeꝫ rationis non ſint
plene i poteſtate noſtra: ideo
queſtio debꝫ principaliter in D
telligi de conformitate volun
tatis ſm actus ſequentes ra-
tionis deliberationem: quia
ſm tales actus intenditur re
ctitudo voluntatis ꝛc. ℂSe-
cunda diſtinctio eſt q̄ iſta cõ-
formitas voluntati diuine po
teſt intelligi de voluntate ſi-
gni/vel de voluntate benepla
citi. Si ergo de voluntate ſi-
gni intelligitur queſtio: faci-
liter patet ſolutio. Nam ſi in-
telligitur de precepto vel pro
hibitione ſatis patet: quia

quilibet tenet ſe conformare
vniuerſaliter tali volūtati. Q̄z
uis aliter obligent p̄cepta af
firmatiua/ ⁊ aliter p̄cepta ne-
gatiua. q̄ p̄hibitiões dicūtur
Si aūt de volūtate cōſilij in-
telligit etiā ſatis p̄tz q̄ nō: q̄r
aliter impletio conſilioꝝ non
eſſet opus ſupererogationis.
De p̄miſſiōe aūt nō eſt dubiū
qualitercū⁊ capiat : ſiue pro
prie ſiue improprie/ vt p̄tz in
alio articulo. De opatione ve
ro eadē eſt difficultas ſicut d
volūtate bn̄placiti : q̄r q̄cū⁊
de⁹ operat efficaciter vult. io
ſimul de vtro⁊ videbitur.

E Opi. greg. ¶Quantū aūt ad voluntatē
beneplaciti ponit Greg. tres
ↄcluſiones. Prima eſt q̄ quili
bet tenet volūtatē ſuā in nul-
lo difformare volūtati diuine
Secūda eſt q̄ q̄libz tenet vni
uerſaliter cōformare volūta-
tem ſuā volūtati diuine in vo
lito. i. tenet velle quicq̄d vult
deus: niſi a deo ſit volitū in ſe
vel vel in ſuo ante eum illud
F improbatio. nō velle. Tertia eſt nō q̄libz
volūtas diuine volūtati ↄfor
mis in volito eſt recta. Sz iſte
cōcluſiones p̄cipue p̄ma ⁊ ſe
cūda nō oīno cōtinent verita
tem nec iſta dicta ſufficienter
euacuāt iſtā difficultatem vt
patebit. ¶Ad cui⁹ declaratio
nem ſit iſta tertia diſtictio q̄
volūtatez creatā ſe difforma
re voluntati diuine bn̄placiti
pōt dupl'r intelligi. Uno mō
q̄ ipſa habeat aliquā diſpoſi-
tionem vel aliqualiter ſit. tn̄
deus velit volūtate beneplaci
ti q̄ illā diſpoſitionem nō ha
beat. Uel aliquali diſpoſitiōe
careat: ſeu aliqualiter nō ſit ⁊
tn̄ deus velit voluntate bene
placiti q̄ tali diſpoſitione nō
careat. Et iſto mō iplicat cō-
tradictionē aliquā volūtatez
creatā ſe difformare volūta-
ti diuine bn̄placiti: ſic. ſ. q̄ ha
beat aliquā diſpoſitiōez vl' ali
qualiter ſit: et tn̄ de⁹ velit vo
luntate bn̄placiti q̄ illā diſpo
ſitionē teneat nō habere : vel
nō ſic habere Aut etiā careat
aliqua diſpoſitiōe vel aliqua-
liter nō ſit. ⁊ tn̄ de⁹ velit volū
tate bn̄placiti q̄ illā diſpōnez
teneat habere Et iſto mō mul
ti difformāt ſe volūtati diuie.
Nec ex hoc ſequitur q̄ ipſa ſit
fruſtrabilis aut in aliquo nō
efficax. qd̄ p̄tz q̄r ſequit deus
vult aliquē ad aliquid teneri
ergo aliquis tenetur ad illud
q̄r niſi ſic ſequit q̄ ipſa nō eēt
vniuerſaliter efficax. quod p̄z
q̄r ſequitur de⁹ vult aliquem
ad aliquid teneri : ergo talis
implet illud ad qd̄ tenetur Et
ratio eſt q̄r impleri obligatio
nō eſt p̄prie loquendo effect⁹
obligationis actiue/ ſed tene
ri ad implēdū eſt eius effect⁹
¶Ex hac diſtinctiōe ſequunt G
alique deſcriptiões ſeu termi
noꝝ declarationes. Primo ei
ſequit quid ſit rationalē crea
turā eſſe conformē voluntati
diuine/ ſicut hic ſumit. Nam
tunc ratiōalis creatura ↄfor-
mat ſe vniuerſaliter voluntati
diuie beneplaciti quādo nul-
lam diſpoſitionem habet quā
deus velit voluntate benepla
citi q̄ teneat non habere. nec
aliqua diſpoſitione caret quā
de⁹ velit volūtate bn̄placiti q̄

teneat̃ nõ carere Scd̃o ſequit̃
quid ſit voluntatẽ creatã eſſe
conformẽ volũtati diuine bñ-
placiti in volẽdo vel nõ volen-
do. Nã tunc dr̃ iſto modo con
formis: qñ nullã volitionẽ ha
bet quã deus velit voluntate
bñplaciti ꝙ teneat̃ non habe-
re. Nec aliqua volitiõe caret
quã de⁹ velit volũtate bñpla-
citi ꝙ teneat̃ carere. Et capio
volitionẽ prout ſe extẽdit ad
oẽm vel habitũ volũtatis vel
actum ſiue ſit velle vel nolle.
A ¶ Tertio ſequit̃ q̇d ſit rectitu
do volũtatis create ſiue volũ-
tatẽ creatã eſſe rectã. Nã re-
ctitudo talis/ eſt ſtat⁹ volũta-
tis create ꝯformis obligatiõi
volũtatis diuine. Et iſte ſtat⁹
põt eſſe/ vel poſitiuus vel pri-
uatiu⁹ ſm ꝙ voluntas creata
põt ſe ꝯformare volũtati diui
ne/ vel poſitiue ſcz habẽdo ali
quid qđ tenet̃ habere/ vel pri
uatiue. ſ. carendo illo q̇ tenet̃
carere ¶ Quarto ſequit̃ q̇d ſit
obliq̇tas volũtatꝭ create/ ſiue
culpa aut volũtatẽ culpabilez
eſſe. Nã talis obliq̇tas/ vł cul
pa eſt ſtatus volũtatis create
diſformis obligationi volũta-
tis diuine. Et iſte ſtat⁹ diffor-
mis nichil ẽ niſi volũtatẽ crea
tã aliqualr̃ eſſe qualr̃ tenetur
nõ eſſe/ vel ipaz aliqualr̃ non
eſſe qualr̃ tenet̃ eſſe. primũ ꝑ-
tinet ad pctm̃ cõmiſſiõis. ſecũ
B dũ vero ad pctm̃ omiſſionis.
1. ꝯclu ¶ Iſtis p̃miſſis pono ad iſtuz
ſio. articulũ tres concluſiones re
ſponſales: q̇ mihi vident̃ pba
biles. ¶ Prima eſt ꝙ volũtas
creata ſic tenetur ſe voluntati
diuine bñplaciti vniuerſaliter
cõformare vt velit vel nolit q̇c
quid de⁹ tali volũtate vult eã
teneri velle. ¶ Scd̃a eſt ꝙ vo 2. ꝯclu
lũtas creata nõ ſic tenet̃ ſe vo ſio.
lũtati diuine bñplaciti vniuer
ſaliter cõformare vt velit q̇c-
quid deus vult tali voluntate
vel q̇cquid ipſe vult eã velle.
¶ Tertia eſt ꝙ volũtas nõ ſic 3. ꝯclu
tenetur ſe volũtati diuine bñ- ſio.
placiti vniuerſaliter cõforma
re vt velit q̇cq̇d ſcit aut videt C
tali volũtate deũ velle. ¶ Pri Pro-
ma concluſio ꝓbat̃: q2 ſicut i- bat̃. 1.
poſſibile eſt volũtatẽ creatam ꝯclo.
teneri ad aliquã diſpoſitionẽ
habẽdã. ⁊ nõ ſic obligari per
diuinũ beneplacitũ ſic impoſ-
ſibile eſt diuinũ beneplacituz
velle ipaz teneri ad illã diſpo
ſitionẽ habendũ ⁊ ipam nõ te
neri ad habendũ illam. igitur
⁊c. Conſequentia tenet ⁊ añs
ſatis patet. ⁊c. Hic tñ eſt ad-
uertendũ ꝙ iſta concluſio in-
telligẽda eſt de volũtate crea
ta: q̇ tenetur ſe cõformare vo-
lũtati diuine i volẽdo vel no-
lẽdo. Quod dico: q2 ſtat ꝙ ali
qua volũtas creata ſit recta/
et ꝯformis volũtati diuine ni-
chil volẽdo ſicut patet de vo-
lũtate paruuli baptiſati/ vel
adulti exiſtentis in gr̃a/ ⁊ dor D
mientis. Ideo nõ itelligit̃ cõ-
cluſio de cõformitate q̇ eſt in
non volendo diſformiter volũ
tati diuine. ¶ Ex predictis ſe
quũtur aliq̃ propoſitiones
¶ Pria eſt ꝙ cõformitas ſiue
rectitudo volũtatis create ali
quãdo eſt res diſtincta: aliq̃n
vero non eſt res alia a volun-
tate. patet quia quando volũ-
tas recte vult: tũc volitio eius

ꝯformis obligatiōi diuine eſt ſua rectitudo: qñ vero ipſa eſt ꝯformis diuine obligationi nichil volendo tunc hmōi rectitudo eſt ipſa volūtas recta / vl' ſaltē non eſt aliqua res ab ea diſtincta. ¶ Scḋa eſt ꝙ cōformitatem ſiue rectitudinē volūtatis create deꝰ pōt ab ea auferre: qꝛ deus ab alia auferre pōt qualibet rē q̄ nō eſt eiꝰ ps nec econtra ⁊c. ¶ Sed oppoſitum huiꝰ expreſſe videt̃ ponere Anſelmꝰ de libero arbitrio cap̄. viij. vbi ꝓbat ꝙ deus nō poteſt auferre rectitudinē ab ipa volūtate: qꝛ ſi ſic vl' hoc faceret volēs vel nolens. Non ſcḋm: qꝛ nichil poteſt facere nolēs. Nec primū: qꝛ ſi volēs facit: ergo vult auferre ab ea rectitudinē. Et vltra. ergo nō vult eā ſuare rectitudinē. Et tūc arguit̃ ſic: ſeruare rectitudinē eſt eā velle ꝙ deꝰ vult eā velle: ſed deus nō vult eā ſeruare rectitudinē: ergo nō vult eam velle qḋ vult eā velle quo nihil eſt impoſſibilius ſcꝫ eū

E

Opio anſel.

rō op.

¶ Ad hoc aūt dico ꝙ q̄cquid ſit de intēſione Anſelmi: ⁊ q̄cquid ſit de prima parte añcedētis: de q̄ patebit in ſcḋa cōcluſione: tñ argumentum non valet: qꝛ illud conſequens qḋ infert nō eſt incōueniēs qꝛ eſt vna negatiua q̄ nichil ponit. Unde lapis non vult qḋ deus vult eū velle ⁊c.

Solō rōnis.

F

¶ Ideo ſit hec tertia ꝓpoſitio ꝙ deus poteſt non velle volūtatē velle quod vult eā velle. ptꝫ. qꝛ capio aliquem hoīem dormientē / ſiue aliquem circa quem deus nichil velit niſi qḋ ſit homo tūc iſta ꝯſeq̄ntia eſt bona: deꝰ non vult ſortē velle. ḡ nō vult eum velle qḋ vult eū velle. Antecedēs eſt verū in iſto caſu: igit̃ ⁊ ꝯſequēs. ſilr̃ ⁊ iſta affirmatiua eſt f̃ra: deꝰ vult ſortē velle qḋ vult eum velle. ergo negatiua oppoſita eſt vera. Igitur ꝯñs qḋ infert Anſelmus tanq̄ impoſſibile non eſt impoſſibile.

¶ Quarta ꝓpoſitio pōt poni: que videtur ſequi ex predicta (ſcꝫ) ꝙ deꝰ pōt velle voluntatē non velle qḋ vult ipſam velle. patet. qꝛ ſequitur volūtas nichil vult. ergo nō vult qḋ deꝰ vult eam velle. Et antecedēs pōt eſſe volitū a deo. igit̃ ⁊ conſequens ⁊c. ¶ Dico igitur ꝙ ſi Anſelmus debeat ſaluari / itelligēdus eſt ꝙ deꝰ non pōt auferre rectitudinē volūtatis ipſa inuita. Non ꝙ hoc ſit ſimplr̃ impoſſibile: cū ipſemet dicat i libro de concordia. cap̄. vj. ꝙ aliud eſt voluntas: aliud rectitudo qua recta eſt ⁊c. Sꝫ hoc eſt impoſſibile ſm legē ſtatutam ⁊c.

G

¶ Scḋa cōcluſio ꝓbat̃ et primo prima ps. Pro qua ſciendū eſt ꝙ voluntatē creatā velle quicquid deꝰ vult pōt dupliciter itelligi. Uno modo diſtincte ⁊ in pticulari: ⁊ ſic ptꝫ ꝙ non tenet̃ velle q̄cquid deꝰ vult: cū nō oē volitū a deo ſit ſibi illo modo notū. Alio mō confuſe et in gñali: et ſic dicatur ꝙ voluntas tenetur velle i generali quicq̄d deus vult: nō eſt aliud dicere niſi ꝙ tenetur velle iſtā vniuerſalē ꝙ q̄cq̄d deꝰ vult eſſe vl' fieri / ſit / vl' fiat Et ſi ita dicatur ſequitur ꝙ aliquis teneatur velle aliquid

in generali ⁊ non i particula=
ri: imo magis oppoſitũ: ꝙ te
neat velle vnã ꝫ vniuerſalẽ et
non ei⁹ ſingularẽ imo ei⁹ op=
poſitã. ſicut ptꝫ i caſu allega=
to de filio q̄ non vult patrẽ ſu
um mori. ⁊c. hoc aũt nõ videt
rõabile. quare. ⁊c. ¶ Scd̃a ps
probat. qꝛ ſi quis velit iplere
opera ↄſilioꝝ deus vult eũ ſic
velle ⁊ tñ non tenet hoc velle
cũ hoc ſit ſupererogationis.
Sił'r ſi q̄s velit explere opera
ꝓhibitionũ vł' pctoꝝ. de⁹ vult
tale velle: licet nõ q̄tũ ad dif
formitatẽ ẜm aliquos: tamẽ
quantũ ad act⁹ quidditatem/
cũ velit oẽm actũ ⁊ motionẽ
volũtatis: ⁊ tñ talis non tene
tur hoc velle imo nõ velle. q̄re
A ⁊c. ¶ Tertia ↄcluſio ꝓbat cõ
pro= tra magiſtrũ Gregoriũ: ꝙ ſtat
bat. 2. ꝙ creatura videat deũ aliq̄d
pclo. 1 velle ⁊ tamen licite velit op=
3. gre poſitũ vel ſaltẽ non velit illud
gorij. igr̃. ⁊c. Conſequẽtia ptꝫ ⁊ añs
probatur: q̄a aliter ſequit ꝙ
creatura teneret velle añs ad
qd̄ ſequitur ipſam nũq̄ȝ pecca
re mortaliter/ immo dãnari ⁊
eſſe miſerã eternaliter vel ſal
tẽ i caſu non poſſet licite vel=
le oppoſitũ antecedẽtis ad qd̄
ſeq̄tur illud ↄñs. ⁊c. Conſeq̄n
tia ꝓbatur ponendo caſũ poſ
ſibilẽ: vt patꝫ ex dictis. ſcꝫ ꝙ
de⁹ reuelet ſorti in verbo: vel
alit ſufficiẽter ꝙ de⁹ velit euꝫ
teneri ad non faciendũ actuꝫ
quẽ tñ ipſe eſt facturus. et tñ
ꝙ nichil fiet poſitiue q̄n deus
velit illud fieri. Reuelet ergo
de⁹ ſorti ꝙ ipſe vult eũ teneri
ad non faciẽdũ illũ actũ ⁊ tñ
vult ꝙ illũ faciat. vel ponatur

caſus ꝙ deus alicui reuelet. ꝙ
eſt reprobatus. ¶ Ad hoc eñ
ſequetur ꝙ ipe peccabit finali
ter ⁊ dãnabit eternal'r. q̄re. ⁊c
¶ Scd̃o ſic ſtat abſolute ſortẽ 2. pba
videre deũ aliq̄d velle ⁊ tñ cir tur.
ca illud nullũ actũ volũtatis
habere: qꝛ deus põt concurre
re ad actũ intellect⁹ abſq̄ȝ hoc
ꝙ concurrat ad actũ volũtatis
ſed in hoc caſu ſortes non pec
caret. igitur. ⁊c. ¶ Tertio ſic. 3. pro=
qꝛ de⁹ ẜm Auguſtinũ vult pa batur.
trẽ ſortis mori. ⁊c. ſed propter
reuelationeꝫ factam ipſi ſorti
de morte patris non videt ne
ceſſario ſequi illũ obligari ad
volẽdum ꝙ deus vult cũ ante
non obligaretur. Unde ꝓpter
oſtenſionem voluntatis diui=
ne circa hoc nõ videtur neceſ
ſario ſequi deũ ſortẽ obligare
ad illud. quare ſtãte tali reue
latiõe poterit ſine peccato op
poſitũ velle. ⁊c. ¶ Quarto ſic
qꝛ aliter ſeq̄tur ꝙ ſtãte tali re 4. pro
uelatiõe ſortes obligat ad op batur.
poſita: ⁊ per conſequẽs ad im
poſſibile. Patꝫ ↄña: qꝛ volo ꝙ
ſortes teneatur velle a. ⁊ tñ re
uelet ei de⁹ ꝙ ipſe non vult cõ
currere ad volendũ: tũc tenet
velle a. et etiam tenetur non
velle a. qꝛ videt deũ ipſum nõ
velle a. ex quo ſcit ꝙ de⁹ nun= B
q̄ȝ concurrit ad volendũ a. igr̃ A B
⁊c. ¶ Sed contra iſtã ↄcluſio
nẽ arguit ꝑ ratiões magiſtri
Gregorij quib⁹ probat cõclu=
ſionẽ ſuã. ſ. ꝙ quilibꝫ tenet vo
luntatẽ ſuam in nullo diffor=
mare voluntati diuine. Argu
it ei ſic. q̄libꝫ tenet nichil vel=
le ꝯ eternã legẽ igr̃. ⁊c. Ante=
cedẽs ptꝫ. qꝛ velle aliq̄d ↄtra

eternã legẽ eſt pctm̃. Juxta il
lud Auguſtini. xxij. ꝯ Fauſtũ
pctm̃ eſt factũ vel dictũ vel cõ
cupitũ ꝯtra legẽ eternam. Et
ꝯña tenet ꝑ illð qð ſequitˀ lex
eterna ẽ rovlˀ volũtas dei. ꝛc.
2.argũ ℂ Scðo arguit ſic nulli licite
diſplicet aliqð bonũ inq̃tum
hmõi/aut placet aliqð maluꝫ
iquãtũ hmõi: igitˀ q̃libꝫ tenetˀ
ꝛc. Antecedẽs pꝫ. ꝛ ꝯña tenet
qꝛ deꝰ nõ vult aut diligit niſi
bonum. ꝛ nõ vult vel odit niſi
3.argũ malũ. igr̃ ꝛc. ℂ Tertio arguo
fortiꝰ ꝯ dicta ꝑ hũc modũ: qꝛ
volo ꝙ deus reuelet vel reue
let alicui ſuã reprobationẽ: ſi
ue ꝙ vult eũ reprobare tũc ta
li reuelatiõe facta iſte tenetˀ
velle ſe eſſe reprobatũ Jgr̃ cõ
cluſio nõ ẽ vera: nec eiꝰ repro
batio bona. Cõſequẽtia ſatis
pꝫ: ſꝫ añs ꝓbatˀ. qꝛ tali reuela
tiõe facta iſte nõ p̃t licite ora
re ꝓ ſua ſalute nec velle ſe eẽ
ſaluãdũ. Qð pꝫ duplici aucto
ritate. Primũ ꝑ illð dictũ xp̄i
Luce. xij. ſeruꝰ ſciẽs volũtatẽ
dñi ſui ꝛ nõ faciẽs /plagis va
pulabitˀ multis Et ꝑ ꝯñs a for
tiori ſeruꝰ ſciẽs voluntatẽ hu
iuſmodi ꝛ nõ volẽs ꝯformiter
ei eſt puniẽdꝰ Scðo ad hoc vi
detˀ expꝛ̃ſſa ſentẽtia Auguſtini
xxi. ð ciuita. c. xxiiij. vbi dicit
ꝙ eccl̃ia nũc nõ orat ꝓ diabo-
lo: nec ꝓ mortuis malis vt ſal
uentˀ: orat tñ ꝓ oĩbꝰ hoĩbꝰ bo
nis ꝛ malis dũ ſint i via Et ad
dit: ꝓ nullo viuente finalˀr re-
probo ſi de eiꝰ reprobatiõe ec
cleſia eſſet certa oraret vt ſal-
uaretˀ. Et ꝑ ꝯñs nec iſte ꝓ ſua
ſalute deberet orare ex q̃ eſſet
certꝰ de oppoſito. Cõſequẽtia
pꝫ. qꝛ nõ apparet rõ primi ni
ſi qꝛ eccl̃ia videt ſic deũ velle
et ſic eſt in ſcðo caſu. igitˀ. ꝛc.
ℂ Quarto ad idẽ arguo ꝯfir- 4.ar
mãdo p̄dictã rõnẽ: qꝛ ſi i iſto gu
caſu iſte potuiſſet licite orare
ꝓ ſalute ſua. ſeqˀtˀ ꝙ licite poſ-
ſet orare ꝓ aliq̃ qð ſciret ſe nõ
eẽ ĩpetraturꝫ. Cõſequentia pꝫ
et falſitas ꝯñtis appꝫ. qꝛ talˀ
oratio eẽt ſtulta ꝛ ocioſa. igitˀ
ꝛc. ℂ Ad iſta rñdetˀ ad primã C
negatˀ ꝯña. Et rõ eſt qꝛ lꝫ volũ Ad p
tas diuina ſit lex eterna: ꝛ q̃c- ma
quid vult eẽ legem ſit lex obli
gãs creaturã rõnalẽ ita ꝙ cre
atura rationalis teneatˀ nihil
velle ꝯtra volũtatẽ diuinã in-
quãtũ eſt lex: tñ nõ q̃cq̃d vult
eſt lex. Si vero dicatˀ ꝙ licet
deũ velle aliq̃d non ſꝑ ſit lex.
tñ nõ ſtat ꝙ aliquid velit ꝛ ꝙ
creatura videat ipm̃ ſic velle
q̃n ipa obligatˀ ad illð volẽdũ
Hic dico ꝙ ſic dicere nõ eſt ꝓ-
bare oppoſitũ ꝯcluſionis. ſed
tm̃ ſimpliciter dicere oppoſi-
tũ. ĩð eſt petitio princi pij. nec
eſt ſufficiẽs iprobatio conclu
ſiõis. Et ideo dico. qꝛ deũ vel-
le creaturã rõnalẽ teneri ad
aliq̃d: vt puta ad credẽdũ ar-
ticulos fidei eſt lex obligans
ad ſic credẽdũ et: ꝯ tale velle
q̃libꝫ creatura rõnalis tenetˀ
nichil velle. ſed tñ cũ hoc ſtat
ꝙ deus velit aliq̃d vt puta pa
trẽ tuũ mori / vel tibi nõ dare
gloriã: et tñ tu non es obliga
tus illud velle ꝗ̃uis etiã ſcias
deũ illud velle qꝛ tale velle nõ
eſt lex obligãs. Et ſic pꝫ rñ-
ſio ad primã ꝛc. ℂ Ad ſecũdã D
dico ꝙ nõ quilibet obligatur Ad ſe
ad volendum quodcũqꝫ bonũ cũ

quod eſt vl' foret bonũ ſi pone
retur ineſſe. Un̄ iſta rõ videt̃
ſupponere vnũ quod eſt falſũ
et cõtra iſtum doctorem ſolet
allegari. ſcʒ ꝙ qꝛ aliquid ē bo
num ideo deus vult. Hoc eniʒ
nõ eſt verũ: immo magis ecõ-
tra qꝛ deus vult aliq̇d iõ illud
eſt bonũ. ſed cũ hoc ſtat ꝙ cre
atura nõ tenetur illud bonuʒ
velle/ immo ĩ caſu ſi illõ vellet
male vellet ꝯ̄uis bonum. ⁊c.
A ¶ Ad tertiã ſunt diuerſimodi
Adter tium. dicendi ⁊ cõtrarij. Aliqui em̄
ſicut magiſter Gregoriꝰ cõce-
Opio grego rij. dũt añs. ſcʒ ꝙ tali reuelatiõe
facta iſte tenet̃ velle ſe eſſe re
probatũ ⁊ ex quo ſic ſciret iſte
dei volũtatẽ deberet ꝯtentari
et velle ꝙ deꝰ eũ dãnaret. Et
hic actꝰ ꝓcederet ex maxima
dilectione dei: nec eſſet culpa
bilis ſʒ laudabilis. Et vlteriꝰ
concedunt ꝙ in tali caſu non
eſſet iſti licitum orare ꝓ finali
ſalute ſua. ſʒ ſimpliciter de di
uino iudicio ꝯtentari: vbi ſci-
B ret abſolute ſic velle ¶ Sed ꝯ
ꝯ grego. opio. iſtã rõnẽ arguo primo ſic. Qꝛ
facta tali reuelatiõe ſtat etiã
per aduerſariũ ꝙ iſte ſit ĩ cha
ritate: ꝗ adhuc tenet̃ ſe ama-
re ex caritate/ ergo adhuc põt
iuſte ſibi velle bonuʒ ſalutis.
Et per ꝯ̄ñs pro illo iuſte ora-
2. opinio re. igit̃. ⁊c. ¶ Scdo: qꝛ adhuc
iſte tenet̃ amare primũ ſuum
ex charitate ⁊ velle ſibi vitaʒ
eternam: ſed magis/ vel equa
liter debet ſe diligere ⁊ ad tm̄
bonũ ſicut proximũ. igitur. ⁊c
3. opi. ¶ Tertio. qꝛ adhuc põt iſte i-
mo tenet̃ ꝓnare ordinẽ chari-
tatis: ſed ordo charitatis eſt
ſe magis diligere poſt deũ: vt

patet tertio ſententiaꝝ diſtin
ctiõe. xxix. ¶ Quarto ꝯfirmã 4. opinio.
do predicta arguit̃ ſic. qꝛ iſte
ex tali reuelatione non abſol-
uit̃ ab obligatione qua prius
obligabatur. ⁊ per ꝯ̄ñs nec a
precepto de dilectione ſui: et
ordine charitatis: nec a pre-
pto de orone. quare ⁊c. ¶ Alij C
autẽ ſicut Adam in ſuo tertio Opiñ.
qõe. vj. aliter reſpõde. Unde ade.
pmo dicit iſte doctor ꝙ facta
tali reuelatione exteriori nul
lus põt licite aſſentire ꝙ illa
reuelatio ſibi facta ſit reuela-
tio niſi ĩ caſu quo fieret reue-
latio ꝑ impreſſionẽ ĩmediate
a deo: vel al's ꝑ viã ineuitabi
lẽ illi/ vel in caſu quo ſibi ipſi
meret̃ a deo aſſẽſus firmus ꝙ
exteriori reuelatio eẽt vera/
vel ĩ caſu equiualẽte. ¶ Si vo Inſtãtia.
dicatur ꝙ nõ tenemur adhibe
re fidẽ diuinis reuelationibꝰ:
non ſolũ impreſſis modo p̄di
cto: ſed etiã in verbis ⁊ ſignis
a deo/ vel angelo bono/ vel ꝓ
phetis: aut etiã apoſtolis cõ-
uenienter expreſſis Aliter nõ
teneremur credere futurũ iu-
diciũ/ niſi deus in nobis taleʒ
credulitatem imprimeret. qđ
eſt falſum. ergo ſtãte caſu ſine
tali ipreſſione iſte tenet̃ aſſen
tire illi reuelatiõi ⁊ credere ſe
eſſe damnandũ. ¶ Ad hoc re- D
ſpõdet ꝙ quedam ſunt prece- Solu-
pta dei/ que etiã ſuppoſita cõ tio.
muni fide ſunt precepta natu
re ⁊ q̄ obligant indiſpẽſabili-
ter dũ ſumus in ſtatu vie. ⁊ ſic
obligamur ad diligẽdũ deũ.
et nos poſt deũ: ⁊ ad ſperãdũ
in eũ/ vel ſaltẽ ad non haben-
dũ libere actus cõtrarios. Et

ideo quilibet viator tenet̄ nō
libere credere ꝙ dānabitur ⁊
nō eſt ſic de alijs reuelationi-
bus ſibi factis a deo. Uñ ſi op
poſitū illiꝰ ſibi reuelet̄ (etiā a
deo) nō tenet̄ credere ꝙ illud
ſit ſibi reuelatum a deo. ſʒ ꝙ
ſic illuſio vel ꝙ ſit conditiona
lis: et nō abſoluta reuelatio.
Quia propter nullius prece-
ptum tenetur agere contra le
gem dei: ⁊ non credere maxi-
me / vbi illud nō eſt diſpenſa-
bile. ideo dicit Apoſtolus ad
Galathas. j. Etiam ſi angelꝰ
de celo euāgelizet vobis aliō
p̄terq̄ quod euangelizatū eſt
vobis anathema ſit Ubi tamē
res eēt diſpēſabilis: ⁊ ꝯſtaret
quod ſic reuelans haberet au
ctoritatem dei eēt credenduʒ
ei. ſicut patʒ de ꝓpheta tertij
Regū. xx. Ubi ꝑcipiebat vnū
quod videtur eē contra legeʒ
dei dicens percute me. qui cū
eum noluiſſet ꝑcutere dixit ei
micheas. qꝛ noluiſti voci diui
ne obedire veniet leo de ſilua
et deuorabit te ⁊ ita factū eſt.
ſic ille tenebatur ſibi ĭ hoc cre
dere ꝙ eēt propheta dei. Sic
aūt non eēt in ꝓpoſito: quare
⁊c. Sʒ quicq̄d ſit de predictis
tamē iſta nō multum faciunt
ad difficultatē intentam q̄ eſt
non de reuelatione exteriori
ſʒ interiori qua firmiter aſſen
titur ſic eē quare. ⁊c. ¶ Scd̄o
dicit p̄dictꝰ doctor ꝙ in caſu
quo deꝰ facta tali reuelatione
imprimeret alicui credulita-
tē mō ſupradicto ille poſſet li
cite orare ꝓ ſalute ſua. qꝛ ad-
huc ſciret ꝙ hec eēt poſſibilis
ego nō dānabor / ⁊ ꝙ nō dāna
bitur niſi ipſemet libere deme
reatur. iō tenet̄ orare ꝙ tolla
tur ab eo illa credulitas. et ꝙ
nō eueniat ſicut ipſe credidit
Tertio dicit ꝙ ſecus eēt ſi ta-
lis ꝓprie ⁊ infallibiliter ſciret
ꝙ damnaretur ſed hoc eſt ſibi
(dum eſt viator) impoſſibile.
¶ Quarto dicit ad auctorita- F
tē Auguſtini ꝙ ipē verū dicit
ſi loquatur de certitudine ſci-
entie ꝓprie dicte ⁊ de noſſe ſi
mili modo ſumpto Et tūc añs
eſt impoſſibile pro mēbris ec
cleſie ſʒ caput eccl'ie Chriſtus
ſic bñ ſciat ſcīa icreata ſeu di-
uina. ¶ Si aūt vocet Auguſti
nus certitudinē noticiā verā
certā. i. indubitataʒ dicit ꝙ q̄
ſic volūtarie ⁊ libere noſcit ſe
eē damnādū non poſſet iuſte
orare ꝓ ſalute ſua: ſtante tali
noticia ⁊ libere retenta: qꝛ ſic
talem cauſans ⁊ libere retinēs
eēt iniuſtꝰ. Nam hoc nō eſt li
citum ſentire vltimate diffini
endo de aliquo viatore ſine re
uelatione ꝑ notitiā impreſſā:
vt ſupra dictū eſt. Et per iſta
patet ad rōnē ſm iſtū. ¶ Sed G
contra tertiū ⁊ quartū dictuʒ Ar
arguo oſtēdēdo ꝙ iſte doctor duo
facit de non cauſa cauſam qñ cta
dicit ꝙ qꝛ creatura nō poteſt de-
iudicare infallibiliter ſuā fu-
turā damnationē ideo non te
netur hoc velle immo orare ꝓ
oppoſito ſic iudicati. Nā q̄-
uis ita foret ꝙ de tali futuro
nō poſſet habere ſciam certā
ꝓprie dictā ſiue ĭfallibile iu-
dicium certū (ſicut ſupra ſatis
fuit oſtenſum) tñ non propter
hoc ſeq̄tur ꝙ creatura tenea-
tur velle oppoſitū ſic iudicati

immo non min⁹ teneť aſſenti=
re illi qď iudicat fallibiliter ꝗ̄
illi qď iudicat ifallibiľr. Uer=
bi gr̄a de iſtis duob⁹ articulis
Xp̄s reſurrexit ⁊ non reſurge
mus q̄libet viator equaľr cre
dere teneť vel ſaltē ſi eis cre=
dit equaľr non peccat: ⁊ tñ ſe
cundam eū iudiciū de primo
eſt infallibile etiā creatū: ſed
iudiciū creatū de ſcd̄o eſt fal=
A libile ⁊c. ¶ Scd̄o licet btūs vi
Scd̄o. deat in verbo ꝙ abſolute pōt
annichilari: ⁊ licet videat ⁊ vi
dere poſſit ſcd̄m eū. ꝙ iudiciū
ſuū quo iudicat indubitanter
ſe nunꝗ̄ annichilari eſt falli=
bile: tñ cū hoc indubitāter iu
dicat ꝙ nō fallet aut fallit. et
per ꝯſequēs tm̄ poteſt q̄s obli
gari ad aliq̄d iudicandū de q̄
non pōt habere iudiciū infal=
libile ſicut aliq̄d aliud de quo
poteſt habere iudiciū infalli=
bile quare ſua cauſa nō valet.
B ¶ Tertio ſpecialr̄ ꝯtra quar=
Tertiō tum dictū: q: ſi deus imprime
ret talem certitudinē ſiue fir=
maꝫ adheſionē ⁊c. Iſte adhuc
teneretur orare ꝓ ſua ſalute ꝑ
ſcd̄m dictum. ergo etiā adhuc
tenereť ſuppoſito ꝙ talis illā
credulitatem libere cauſaret.
Conſeq̄ntia patet. q: ex hoc
C non minus eſſet obligatus ꝗ̄
Solo prius ⁊c. ¶ Ideo aliter rn̄deo
docto ad p̄dictam rōnem. Unde cō=
rum. ceſſo caſu nego antecedens: ⁊
ad ꝓbationeꝫ nego aſſumptū
et dico ꝙ imo iſte poteſt licite
imo tenetur orare ꝓ ſua ſalu=
te ⁊ velle ſe eſſe ſaluandū: ⁊ rō
noſtra eſt nō illa quā aſſignat
Adam. ſed illa q̄ p̄us tacta eſt
contra Gregorium. ſcꝫ: q: iſte

ex tali reuelatione non abſol=
uitur a p̄ori obligatione: nec
poſt min⁹ teneť ad p̄cepta dei
de dilectiōe ſui ⁊ orōne ꝗ̄ p̄us
quare ⁊c. Ad primā auctorita
tem dico ꝙ debet intelligi de
volūtate ſigni p̄cepti ⁊ ſi intel
ligitur de volūtate bn̄placiti
hoc nō eſt de volūtate abſolu
te: ſꝫ q̄ deus vult ſeruū ſuū ad
aliq̄d teneri ſic nō eſt in ꝓpoſi
to. Ad ſcd̄am aūt dico ꝙ rō to
talis q̄re eccl̄ia nō orat ꝓ dia=
bolo ⁊c. nec oraret ꝓ reprobo
viatore. ſi ſibi ꝯſtaret de ei⁹ re
probatiōe nō eſt. q: videt deū
velle eos dānari. ſed q: videt
ſe ad talē orōnē nō teneri nec D
ꝓdeſſe illi ⁊c. quare ⁊c. ¶ Ad Ad q̄r
quartā ꝓ materia dico aliq̄s tum
ꝓpoſitiones. Prio dico ꝙ orō
vt hic de ea loq̄mur nō ē alid
ꝗ̄ q̄dā orō ſiue enūciatio dep̄
catiua optatiui modi facta ad
deum. Uerbi gr̄a orare deū ꝙ
a fiat nō eſt alius ꝗ̄ formare
talem enūciationē vel equalē
tem vtinam placeat / vľ opto
ꝙ placeat deo ꝙ a fiat. Scd̄o
dico ꝙ in qualibet oratione a
quouis viatore immo ab vni=
uerſali eccl̄a facta ꝓ ſalute ali
cuius viatoris / ſiue ꝓ q̄cunq̄
contingēti futuro vľ poſſibili
debet ſaltē habitualr̄ ⁊ iplici=
te circūſtātia ſiue ꝯditio diui
ni bn̄placiti ſubītelligi. Patꝫ
per ſimile de oratione dn̄ica i
q̄ dr̄ fiat volūtas tua. Similr̄
ꝑ exemplū de xp̄o q̄ qn̄ orauit
dicēs pater trāſeat a me calix
iſte ſtatim ſubiūxit illā condi
tionē non ſicut ego volo: ſed
ſicut tu. quare ⁊c. ¶ Tertio di E
co ꝙ orationē fieri ſub tali cō

ditione pōt dupliciť intelligi.
Uno mō ꝙ oro ſeu verbū oro/
vel opto cadat ſupra totā cō=
ditionalē cui⁹ anteceděs ſit illa
conditio ſi deo placet. ſicut di
cēdo opto/vel oro/ſi deo pla=
ceat. a. fore/aut ꝙ. a. ſit futuꝝ
et ſic talis oro eſſet de neceſſa
rio ⁊ non poſſet non exaudiri
Alio mō pōt intelligi ꝙ illud
verbū cadat nō ſuꝑ illā condi
tionalē: ſ3 ſuꝑ ꝯſeqns ſicut di
cēdo ſi deo placeat a. fore vti
nā a. ſit futuꝝ ⁊ iſto mō debet
fieri ꝯditionaliť. ¶ Quarto di
co ⁊ hoc ſeqtur ex p̄dictis ꝙ i
caſu hui⁹ rōnis iſte pōt licite
orare ꝓ aliquo qđ ſcit/vł ſaltē
firmiter credit ſe nō ipetratu
rū: imo ſic videť fuiſſe de orōe
xp̄i ſupradicta. Nec ꝓpť hoc
ſeqtur ꝙ talis oro ſit ſtulta vł
ocioſa: qꝛ iſte ad illam teneť ⁊
xp̄s fecit illā i exēplū imitatio
nis ⁊ ad miſteriū: ſicut dicunt
doctores: iō nō fruſtra q̄re ⁊c.
F
3. arti. Hec de ſcđo. ¶ Quantū ad ter
tium articulū vtrū volūtas di
uina ſit p̄ia lex a qua diriuať
ois lex creata. primo p̄mittā
tres reſponſales cōcluſiones
1. ꝯclo ¶ Scđo ſolua3 tres difficiles
dubitationes. ¶ Prima cōclu
ſio eſt ꝙ ſicut volūtas diuina i
genere efficiētis eſt prima effi
ciens cā ſic ipſa i genere legis
obligātis eſt prima lex ſeu re
2. ꝯclo gula obligatoria. ¶ Scđo cō=
cluſio eſt ꝙ ſicut volūtas diui
na eſt efficiēs cā: qꝛ vult aliqđ
eſſe vel fieri/ſic ip̄a eſt lex obli
gatoria: qꝛ vult aliqđ ad aliq̄
liter eſſe vel non eſſe teneri.
3. ꝯclo ¶ Tertia ꝯcluſio ē ꝙ ſicut vo
lūtas diuina ē lex ꝑfectiſſima
obligatoria rōnalis creature
ſic iter leges creatas illa ē ꝑ=
fectior: q̄ eſt ꝑfecti⁹ ſignū vo=
lūtatis diuine. Iſtas aūt ꝯclu
ſiones declaraui in principio
meo: et ex eis ſatis pat3 rn̄ſio
ad iſtū articulum. ſ. ꝙ ois lex
creata deriuať a voluntate di
uina. Unde ꝙ non deriuať ab
ea/ tanq̄ a lege prima non eſt
ꝓprie lex ſiue regula: niſi for=
te ſm q̄d. et nō ſimpliciť: ſicut
lex iiuſta ⁊c. Et ꝑ hoc ſoluitur
tertiū argumētū ante oppoſi
tū. S3 circa iſtā materiā mo=
ueo tres dubitatiōes q̄s teti=
gi: ſ3 nō plene tractaui. in pri
mo pīcipio. ¶ Prima ē vtrū G
volūtas diuina poſſet rōnalē 1. q̄ſtio
creaturā ad ipoſſibile obliga
re. ¶ Scđa eſt vtrum volūtas 2. q̄ſtio
diuina poſſit rōnalē creaturā
ad quodlibet poſſibile obli=
gare. ¶ Tertia eſt vtrū volun 3. q̄ſtio
tas diuia poſſit rōnalē creatu
rā i eſſe ꝓducere: ⁊ ip̄a3 nō ob=
ligare. ¶ Ad primā dubitatio 1. la
nē arguiť ꝙ ſic: qꝛ ponam⁹ ꝙ
ſortes habēs p̄ceptū ꝑ qđ te=
neť ad aliqđ: puta ad creden=
dū articulis de trinitate/ ha=
beat ꝯſcientiā erroneā ꝑ quā
dictet ſe teneri ad oppoſitum
credendū: vel ḡ ſortes credet
vel nō. ſi non tūc ip̄e peccabit
qꝛ faciet cōtra p̄ceptū. Si ſic
iterū peccabit: qꝛ faciet cōtra
ꝯſciētiā. Cū igiť ſortes credet
vel non credet/⁊ quocunq; iſto
rū faciet peccet: ſeqtur ꝙ ne=
ceſſario peccet quare ⁊c. ¶ In In op
oppoſitū arguiť: qꝛ ſm Augu poſiti
ſtinū nullus peccat i eo quod h
vitare non poteſt. igitur ⁊c.
¶ Pro ſolutione hui⁹ ſciendū Rn̄ſio

eſt q creaturā rōnalē obliga-
ri ad impoſſibile dupl'r pōt in
telligi. Uno modo ꝓprie. ſcꝫ
q obligat̄ ad faciēdū ipoſſibi
le. Alio modo ipꝛopꝛie. ſcꝫ q
obligatur ad volēdū ipoſſibi-
le. ¶ Scd̄s aūt mod⁹ multum
differt a primo: qꝛ prim⁹ non
eſt in poteſtate creature: ſed
ſcd̄s eſt ī libera poteſtate vo-
luntatis create. nā ſ̄m Ariſto.
voluntas eſt impoſſibiliū. Itē
eā obligare ad impoſſibile po
teſt intelligi dupliciter: ſcꝫ vel
ad impoſſibile ſimpl'r/ vel im-
poſſibile ſibi. Itē eā obligari
ad impoſſibile ſibi pōt duplici
ter ītelligi. Uno modo q obli
gatur ad aliqual'r eſſe vel non
eſſe/ qual'r eſſe/ vel nō eſſe per
nullā potētiā pōt ſibi ꝯuenire
Alio modo q ad aliqd̄ obliga
tur qd̄ nō eſt in ſua poteſtate
ſic q per ſuā potentiā actiuā
poſſit ſibi ꝯuenire. Tūc iuxta
hec pono aliquas ꝓpoſitōes
¶ Prima eſt q creatura rōna
A lis nō pōt obligari ad impoſſi
bile primo modo: ſcꝫ ad faciē
dum ipoſſibile ſiue ad aliqua
liter eſſe/ vel nō eſſe qual'r eſſe
vel nō eſſe eſt ſimpl'r impoſſi-
bile. Patet. qꝛ volūtas diuina
non pōt ſic obligare. igit̄ ꝛc.
Ꝯſeqn̄tia patet ex prima cō-
cluſione et ſcd̄a: qꝛ nichil pōt
rōnalē creaturā obligare deo
non obligāte. iuxta illud ap̄li
Roma. xiij. Nō eſt ptās niſi a
deo. Et añcedens patet p illd̄
Jeroñ. Quicūqꝫ dicit deū pre
cipere aliqd̄ impoſſibile ana-
thema ſit. Et illud Augu. de⁹
ſeruum pigrum non damna-
ret/ ſi ea que fieri nullo modo
poterāt iperaret. Et licet iſte
auctoritates loquāt̄ de facto
et nō de poſſibili: tñ videt̄ vtro
biqꝫ rō conſimilis: ſcꝫ qꝛ talis
obligatio non pōt eſſe rōnabi
lis ꝛc. ¶ Scd̄a ꝓpoſitio eſt q B
creatura rōnalis pōt obligari
ad impoſſibile. ſcd̄o modo ſcꝫ
ad volendū impoſſibile. patet
quia ad hoc nō apparet ſequi
aliqua ꝯtradictio: imo aliqui
cōcedunt q de facto peccator
illo modo obligat̄ ad impoſſi
bile. ſcꝫ ad volendū pctm̄ ſuū
preteritū non fuiſſe: qd̄ ſ̄m ar-
ticulum Pariſieñ. eſt impoſſi-
bile. quare ꝛc. Utrum aūt hoc
verum ſit de facto dubium eſt
michi videtur tñ ꝓbabilius q C
nō ꝛc. ¶ Tertia ꝓpoſitio eſt q
creatura rōnalis non pōt obli
gari ad ſibi impoſſibile primo
modo. id eſt ad aliqual'r eſſe
vel nō eſſe qualiter per nullā
potentiam poteſt ſibi cōueni-
re. vt verbi grā ad eſſe lapidē
pꝫ ſicut pria ꝛc. Et ex hoc pa
tet falſitas illi⁹ opinionis: q
dicit q peccans mortal'r obli
gatur ad penas icōpoſſibiles
qꝛ demeret̄ puniri eternalit̄/
et annichilari ſimpliciter ꝛc.
¶ Quarta eſt q rōnalis crea-
tura pōt obligari ad ſibi ipoſ-
ſibile ſcd̄o modo. id eſt aliqd̄
quod nō eſt ī ſua poteſtate. ſic
q per ſuā potentiam actiuaꝫ
non poteſt ſibi cōuenire patet
quia quelibet rōnalis creatu
ra tenetur habere gratiam: ꝛ
quilibet viator fidē infuſam:
et tñ hoc non eſt in creature
poteſtate actiua ꝛc. ¶ Tunc D
ad rōnē pono aliquas propo-
ſitiones. ¶ Prima eſt q crea-

tura rōalis nūꝗ͂ obligatur ſe conformare ſue ꝯſcie erronee qꝛ ꝯſcia erronea eſt iudiciū ꝙ rōnalꝭ creatura dicat ſe ad aliquid teneri ad quod nō tenetꝛ vꝉ ad aliqͩ nō teneri ad qꝺ tetur: ſꝫ nō tenetꝛ ſe tali iudicio conformare. alꝛs nō eſſet iudicium erroneū ꝛc. Itē nulla cōſcia erronea ē lex oblgatoria ꝛc. igitur. Cōſeqntia patet añcedēs apparet. qꝛ ois lex ſeu regula eſt ꝯformis diuine voluntati tāꝗ͂ lex ſcďaria prime legi: ſed nulla cōſcia erronea eſt ꝯformis prime legi cū nulla falſitas ſit ꝯformis ſūme veritati igitur ꝛc. ¶ Scďa eſt ꝙ creatura rōalis obligatꝛ nūꝗ͂ ſue ꝯſcie erronee ſe difformare. Patet. qꝛ tenetꝛ nunꝗ͂ agere contra ſuā ꝯſciam. Nā quecūꝗ͂ agit contra ꝯſciam peccat ſicut apparet ꝑ gloſaꝫ magiſtri ſuꝑ illo Ro. xiiij. oē qꝺ nō eſt ex fide pctm̄ eſt. igitꝛ ꝛc.

E ¶ Tertia eſt licet creatura rōnalis non obligatur ad faciēdum contra ꝯſcientiam etiam erroneam: tñ̄ ipſa obligatur i caſu ad faciēdum aliquid qꝺ eſt contra ꝯſcientiā ſuā. quod tñ̄ poteſt ab ea fieri non agendo contra conſcientiā: ſcꝫ deponendo eam. ¶ Prima pars patet ex ſcďa propoſitione. ¶ Scďa ptꝫ in caſu poſito arguendo. ¶ Tertia vero patet qꝛ lꝫ ſit impoſſibile ipaꝫ ſcire vꝉ opinari in particulari ſuā conſcientiā eſſe erroneam: qꝛ ſic haberet iudicia contraria tñ̄ iſtam cōſciam quam nunc habꝫ poteſt cognoſcere fuiſſe erroneam ꝛ deponere eā. Et ſic poterit agere illꝺ ad quod tenetꝛ ꝛ nō peccare.

F ¶ Quarta eſt ꝙ lꝫ creatura rōnalꝭ nō neceſſitatꝛ aut obligatꝛ ad peccādū. tñ̄ ipſa obligatꝛ in caſu ad faciēdū aliqͩ qꝺ eſt ſibi pctm̄ prima ꝛ ſcďa ſatis patent: ſed tertia ꝑs patet in caſu poſito arguēdo. In quo iſte peccatꝰ ꝑ actū ad quē tenet. Uñ ex his ſoluitꝛ rō.

Solutio rōnis ad queſtioni.

Uñ dico ꝙ in iſto caſu ſortes tenetꝛ credere. tñ̄ tenetur nō credere ſm̄ illā ꝯſcientiā ſiue ſtāte illa cōſcientia pctī: ergo tenetꝛ nō credere cū tali conſciētia: ſed tenetur credere ſine illa. ¶ Si vero dicatꝛ ꝙ credēdo cū illa ꝯſcientia nō peccat: ſed habēdo talē ꝯſciētiā quā tenetur deponere.

Inſtantia.

Cōtra. qꝛ ſi eſſet aliquis actus indifferēs. et ſortes haberet cōſcientiā ſicut prius/ꝙ teneretꝛ facere oppoſitū ſiue nō facē. et tñ̄ ſi faceret ipſe peccaret ꝑ predicta. Et tñ̄ non habēdo illā conſcientiam/ſed faciendo contra ꝛc. qꝛ videtur poſſibile ſic credere et non peccare: vel ſaltē iſte magis peccat qñ facit. a. ꝗ͂ faceret ſi ſolum crederet ſe teneri ad non faciendum. igitur in faciēdo peccat quare ꝛc.

Improbatio.

Sed forte diceretur hic ꝙ nō eſt ſimile qñ tenetur ad illud/et quando eſt indifferens: quia ſi circūſcripta tali conſciētia teneretur ad illud tunc poſita illa conſcientia ꝙ non teneatur/ipſe tñ̄ teneretꝛ. ſecus autē ſi non teneatur ad illud/circūſcripta illa conſciētia. Nam ipſa poſita (ſcilicet ꝙ teneatur ad oppoſitū) tunc ipſe teneretur ad non faciēdū

Euacuatio.

illud: ⁊ ideo nullus actus i tali caſu eſt indifferens. qui tñ foret indifferens illa cõſcientia circūſcripta. nec in tali caſu illa ꝯſcientia eſſet erronea ſed vera. Et eēt ſimile in iſto caſu ſicut de plato: qm̄ ſi platus meꝰ ꝑcipiat mihi oppoſitum alicuius ad qḋ teneoꝛ ex ꝑcepto dei. clarū eſt ꝙ nō teneoꝛ ſibi in hoc obedire: nec minus teneoꝛ ad illud q̄z pus ⁊ ſi ꝑciperet mihi aliud quod eſſet ante preceptum indifferens ſtat ꝙ ꝓpter hoc preceptū tenear illud facere: ⁊ ſic nō erit indifferens. ſic in ꝓpoſito ꝯſcientia quodāmodo gerit tipum plati.

A
impro
batio.

¶Sed lꝫ iſte modus dicēdi poſſet ꝓbabiliter ſuſtineri. tñ non ꝓbatur/ nec videt̄ ita veriſimilis ſicut oppoſitū. Nec verum eſt vniuerſaliter ꝙ platus poſſit illo mō facere de quolibꝫ indifferenti actu. ⁊ ꝑ ꝯñs nec de cōſcientia hoc eſt ꝯcedendū: ſcꝫ ꝙ nullus actꝰ ſit indifferens. ⁊c. Hoc em̄ ꝯñs ē nimis rigoroſum. Et tñ ꝯſequētia pꝫ. qꝛ in hoc nō videt̄ tm̄ poſſe conſcietia ſicut platus ⁊c. nec cōſcientia ⁊c. Item ſequit̄ ꝙ cōſcientia poſſet facere de cōſilio diuino eē ꝑceptū: ⁊ tm̄ poſſet in hoc ſicut votum/ immo poſſet facere aliqḋ mō eē ꝑceptū: ⁊ mō nō eē ⁊c. Cōſequentia ſatis pꝫ: qꝛ nō eſt obligatio ſine ꝑcepto diuino. imo niſi deo volēte creaturā ſic obligari ⁊c. ſicut pꝫ ex pmo articulo. Sꝫ iſta ꝯñtia vident̄ eē irrationabilia ⁊c. Quicqḋ tñ ſit de hoc patet ad formā rationis ꝙ in caſu poſito concedo antecedens. ⁊ nego conſequentiā. q̄a licet quodcūqꝫ illoꝝ faciendo peccet: tñ alterum poteſt facere nō peccando: vt pꝫ ex dictis. ideo non obligatur ad impoſſibile. Et hec de pma dubitatione ⁊c.

B
Argr
ꝯ.1.q
ſtionē

¶Ad ſecundā dubitationem arguitur ꝙ nō: qꝛ creatura rationalis poteſt deuꝫ odire: et tñ deū nō eſt poſſibile ad hoc eam obligare: qꝛ ſequitur ꝙ ipa poſſet mereri odiēdo deū quod eſt contra pariſieñ. articulum. quare ⁊c.

In op
poſitū

¶In oppoſitum arguitur: q̄a ſicut deꝰ poteſt ꝑcipere vnum impoſſibile: ita videt̄ ꝙ quodlibet poſſit abſolute. quare ⁊c.

Rñſio

¶Pro ſolutione huius pono ꝓpoſitiones. ¶Prima ꝓpoſitio eſt ꝙ deus obligat ad multa poſſibilia ⁊ tamen poſſet obligare ad illorum oppoſita. pꝫ ſatis cuilibꝫ catholico. ¶Secūda ꝓpoſitio eſt ꝙ q̄cunqꝫ deus pt̄ obligare ad aliqḋ: et pōt etiā obligare ad eius oppoſitū: tunc pōt ſimul nō obligare ad oppoſita. ſicut ſūt ire ad cāpos: manere in camera vel eoꝝ oppoſita. Nā qua ratione deus pt̄ nō obligare ad aliquod iſtoꝝ: eadem ratione poterit nō obligare ad neutrum illoꝝ quoꝝ ad vnum pt̄ obligare: ⁊ obligare ad eius oppoſitū: ſicut ſunt ieiunare: ire ad eccleſiā ⁊c. In talibus aūt ſatis clarū eſt ꝙ ipoꝝum tranſgreſſio ſolum eſt mala: qꝛ prohibita. Et idem credo eſſe in omibus alijs. Quis nō ſit de omnibus ſic clarum.

¶ Tertia est ꝙ deꝰ obligat ad aliq̃d poſſibile ad cuiꝰ oppoſitum non poſſet obligare. ptꝫ q: deꝰ obligat creaturã rõnalem ad obediẽdũ ſibi: ⁊ tñ deꝰ non poſſꝫ eã obligare ad hoc ꝙ teneaṫ ſibi nõ obedire. Q̃d ptꝫ q: ſi deṫ oppoſitũ. tũc quero an teneṫ obedire vel non: Si ſic habeṫ ꝓpoſitũ. q: teneṫ ⁊ non teneṫ: q̃d eſt impoſſibile. ergo ⁊ añs q̃d eſt oppoſitũ ꝓpoſiti ⁊c. Et ꝯña ptꝫ: q: teneri non obedire alicui eſt teneri ad aliquid. Si dicatur ꝙ non ſequiṫ idez. q: teneri obligare alicui eſt teneri ad aliq̃d quare ⁊c. ideo ad rõnem poſt

D oppoſitũ negaṫ añs ſiue ſimilitudo ⁊c. ¶ Vñ ſequiṫ quarta ⁊ reſponſalis propoſitio ꝙ deus non poteſt creaturã rationalem ad quodlibet obligare: nec quodlibet poſſibile precipere loquendo de precepto ꝓprie: vt magis patebit. Ad rationem ergo ante oppoſitũ non oportet reſpondere cũ non concludit niſi ꝓpoſitũ tñ de eiꝰ materia eſt videndũ Naz aliqui concedunt ꝯñs ꝓ incõueniẽti illatũ: ſicut Ockã

Oppõ Ockã ¶ Ipſe eñ concedit nec reputat inconueniens quin voluntas creata poſſit meritorie deum odire. quia deus poſſꝫ illud p̃cipere cũ poſſit q̃cquid fieri non iplicat ꝯtradictionẽ Illud aũt p̃ceptũ fieri non implicat ꝯtradictionẽ: q: creatura poſſet facere. poſſꝫ eñ vna creatura alteri p̃cipere ꝙ odiret deũ. Cum igitur deus poſſit ꝑ ſe imediate facere in genere cauſe efficientis. q̃cquid põt facere mediante cã ſcđa. ⁊ ip̃e poſſit mediãte creatura tale p̃ceptũ facere. ſequiṫ ꝙ ꝑ ſe põt. ¶ Tali autẽ precepto a deo facto creatura obediẽdo meretur. q̃re ⁊c. ¶ Sꝫ iſta opinio nõ placet mgr̃o Greg. Vñ p̃mo dicit ꝙ impoſſibile eſt ꝙ q̃s odiẽdo deũ mereaṫ. Q̃d ꝓbat: q: ſi ſic/ poſſibile eſſet naturaliṫ ꝙ q̃s ſimul diligeret ⁊ odiret deũ. ꝯñs ẽ falſũ q: impoſſibile eſt naturaliṫ ꝯtraria ineſſe in eodez. Et ꝯña pꝫ. q: cum oĩs actus meritoriꝰ ꝓcedat ex charitate actui meritorio: eſt incõpoſſibilis actꝰ charitatis. Confirmaṫ: q: ſi talis odiẽs mereret/ hoc eſſet eo ꝙ deũ diligere volens iplere eiꝰ preceptũ. Scđo dicit ad rõnẽ alterius opinionis ꝙ deũ poſſe tale preceptũ facere põt dupliciter intelligi. Vno mõ ſic ꝙ cũ hoc etiam coagat in illo iudiciũ quo iudicet illud preceptũ fieri a deo. ⁊ eſſe implẽdum: ⁊ ſimiliter coagat actuꝫ odii ⁊ iſto mõ negat illud eſſe poſſibile: q: ſi ſic ſequiṫ ꝙ deo auctore eſſet quis deterior. Alio mõ ꝙ ſimpl'r faciat preceptũ. nõ aũt ad p̃dictos actꝰ coagat. Et tunc non ſequiṫ ꝙ ille poſſit odire meritorie: immo nec odire. Tertio dicit ꝙ dato tali p̃cepto ille non teneret/ nec deberet illud iplere: q: ipoſſibile eſt ꝙ dareṫ illud preceptũ ad exequendũ ſicut impoſſibile eſt eiꝰ executionẽ a deo eſſe volitã ⁊ ſi aliud iudicaret ipſe erraret. Et ſi etiã ex tali iudicio odiret nõ mereretur: ſꝫ forte dareṫ ad tenta

G impro ba Ocki a gr gorio

tionem ⁊ ꝓbationem ei⁹/ aut
aliã cauſaȝ ſicut fuit de prece
pto dato abrahe ⁊c. Quarto
dicit ꝙ q̃uis de⁹ poſſet talem
obligationem preceptiuã fa=
cere ſe ſolo. non tñ ſequitur ꝙ
de⁹ poſſet ꝑcipere illud alicui
aut facere talẽ obligationem
alicui preceptiuã. Poſſet em̃
illã ciuitatem cauſare non ſi=
gnificatiuã/ſeu non illi⁹ ſȝ al=
terius ſignificatiuã. ⁊ ſic ꝑ eã
nichil preciperet. quare ⁊c.
B ¶Sed ſiue iſta rñſio ſit vera
Impro ſiue falſa. tñ non eſt ſufficien=
batio ter ꝓbata: vt pȝ intuẽti. qꝛ nõ
prog. apparet ꝯtradictio. ꝙ de⁹ poſ
ſet facere talem ꝑceptionez ⁊
obligationem. Nec ſequit̃ ꝙ
deus vellet creaturã peccare
ideo in rñſione ipſe petit prin
cipiũ. Nec rationes ſue ꝯtra
aliã opinionem valent. qꝛ cũ
loquamur de potẽtia abſolu=
ta dei/ non eſt ad ꝓpoſitũ illḋ
qḋ arguit ꝙ naturaliter act⁹
contrarij non ꝑñt eſſe in eodẽ
Nec valet ꝓbatio conſequen
tie. qꝛ ꝙ actus meritorius ꝓ=
cedat ex charitate non ẽ ſim=
pliciter neceſſariũ. ſȝ ſolũ de
lege ordinata. quare ⁊c. Nec
valet confirmatio ꝙ ſtaret ꝙ
odiens impleret preceptum
abſq; hoc ꝙ vellet implere ꝑ
ceptũ ꝓpter deũ. ¶Aliud em̃
eſt implere ꝑceptũ ꝓpter deũ
aliud velle implere. Nec etiã
oportet ꝙ ſi de⁹ daret prece=
ptũ tale ꝙ ipm̃ implens mere
retur ꝓpter hoc: ſtaret ei hoc
B non obſtante ꝙ de⁹ non acce=
Reſo= ptaret actum. ⁊c. ¶Ideo qui
lutio vellet dicere ꝙ de⁹ poteſt obli
doct. gare ad odiũ ſui poſſȝ nihilo=
minus ſuſtinere articulũ pari
ſieñ. qꝛ diceret ꝙ non ſequit̃
iſte hȝ ꝑceptũ de odiẽdo deũ
⁊ implet ꝑceptũ. ergo meret̃.
Uel ſi vellet ſuſtinere ꝯñs cũ
ꝑma opinione poſſet illũ arti
culũ reſtringere ad legem or
dinatã dicendo ꝙ magis fa=
ctus fuit ille articulus ad re=
primendũ elatos: ne pias au
res offenderẽt ꝙ ꝓpter ei⁹ fal
ſitatẽ ⁊c. Hic tñ nichil aſſero
qꝛ quicq̃d ſit de hoc nichil eſt
cõtra dicta. ⁊ hec de ſcḋa. ⁊c.
¶Ad tertiã dubitationeȝ ar=
guit ꝙ ſic. qꝛ de⁹ põt aliquam C
rationaleȝ creaturã ꝓducere Arg̃
quã non poſſet obligare. & a ꝯ. 3. q̃
fortiori aliquã poſſet nõ obli ſtionẽ
gare. Conſequẽtia pȝ: ſȝ añs
ꝓbat̃ qꝛ deus non poteſt ali=
quã ꝓducere q̃ non poſſet pec
care. Nam ſm̃ Augu. ⁊ magi
ſtrum in. xliij. diſti. hui⁹ ꝑmi
deus potuit feciſſe hoiem qui
nec peccare poſſet/ aut vellet
ſed illã de⁹ non poſſet obliga
re: qꝛ ſi ſic cũ ille potuiſſet li=
bere obligationẽ non imple=
re ⁊ de⁹ ad hoc non ꝯcurrere
ſequit̃ ꝙ potuiſſȝ peccare. In
oppoſitũ arguit̃ ¶Nõ poteſt
aliquã rationalẽ creaturã ꝓ= In op
ducere quin illa recipiat bñfi poſitũ
cium creationis a deo: ⁊ ꝑ cõ
ſequẽs q̃n illa ſibi obligatur.
etiam ſm̃ aliquos infinite ꝓ
illo ⁊c. ¶Pro ſolutione hui⁹
ꝓbabiliter ⁊ nihil temerarie Rñſio
aſſerẽdo pono aliquas ꝓpoſi
tiones. ¶Prima eſt ꝙ abſolu
te eſt poſſibile rationalẽ crea D
turã eſſe a deo ⁊ ipam nõ obli
gari ab eo. pȝ qꝛ ꝓprie loquẽ
do de obligatione vt h̃ ſumit̃

creatura rationalis non obli
gatur: niſi q2 de⁹ vult ipſam te
neri ad aliq̇d / vel aliqualiter
eē vł non eē. ſed nulla ꝯtradi=
ctio apparet ꝙ de⁹ velit eam
eſſe ⁊ nō velit eā teneri ad ali
q̇d ſicut de facto eſt de irratio
nali creatura. ⁊c. Ita ꝙ ipſa
creatura rōnalis ſit ita abſo=
luta ab omi obligatione ꝙ q̇c
quid faceret pro illo ſtatu nō
peccaret pluſq̄ aſin⁹ vł canis
aut alia creatura irratiōalis.
Scđo hoc ꝑſuadetur ſic. q̇a ſi
creatura rōnalis intraret fu=
riā nō ex culpa ſua. vł ſi deus
crearet illam in tali ſtatu ſine
culpa. ipſa nō peccarz / q̇cquid
tūc faceret. igiꝭ ⁊c. Tertio ſi=
cut de⁹ pōt creaturā rationa=
lem ꝓ ſtatu furie ad nihil obli
gare / ſic nō min⁹ hoc abſolute
pōt pro ſtatu quo ē capax ra=
tionis. ſed primū pōt ſm mul
tos. igitur ſcđm. Cōſequētia
ꝓbatur. quia de⁹ eſt ꝓnior ad
miſerandū q̄ ad alia opa. iu=
xta illud ps. Miſeratiōes ei⁹
ſup oīa opera eius. ſ3 tñ crea
turā rationalez puulā ⁊ nihil
ſcientem obligat ad iuſticiaz
originalem. ḡ a fortiori ipſam
ratione capacē poſſet nō obli
gare ad talem ⁊c. Quarto ſm
aliquos oīe opus infideliuz
eſt pctm̄ nō obſtante ꝙ fides
ſit eoꝝ q̄ ſunt ſupra rationem
naturalem. ⁊ ꝑ ꝯñs ita poteſt
facere de ſua miſericordia in
finita ꝙ nullus act⁹ vł opatio
rationalis creature eſſet pec=
catū. immo iſte due rationes
videntur plus concludere ſcz
attēta miſericordia dei ꝙ ipſe
poſſit ordinare ꝙ quodlibet
factibile a creatura ſit conſi=
lium: ita ꝙ q̇cquid faciat non
ſoluz nō ſit peccatū immo me
ritum: ſed hoc nō aſſero. ⁊c.
¶ Secūda ꝓpoſitio ⁊ reſpon= B
ſalis ad rōnem in oppoſitū ꝙ
abſolute poſſibile eſt rōnalez
creaturā bñficium creationis
recipere a deo: ⁊ tñ nec finite
nec infinite obligari pro illo.
ptz ex alia ꝓpoſitione ⁊ ꝑ exē
plum de creatura irrationali
q̄ ꝓprie loquēdo ad nihil obli
gatur. Et ex hoc ptz ꝙ colla=
tio bñficiū non eſt radix vł ꝓn
cipalis ratio obligatiōis. ⁊c.
Sed declaro etiā ſpecialiter
ꝙ nō infinite ⁊c. immo dico ꝙ
non poteſt infinite obligari.
quia ipſa creatura / nec bñfi=
cium receptum / nec illud ad
quod teneꝭ poteſt eſſe infini=
tum. ideo non apparet vnde
obligatio eēt infinita. q̄re ⁊c.
Tertia ⁊ reſponſalis ad ma=
teriam rōnis ante oppoſitum
eſt ꝙ nō eſt poſſibile ꝙ de⁹ ꝓ=
ducat aliquā rationalē crea=
turam ⁊ nō poſſit obligare eā
patet: q̇a non eſt ratio quare
de⁹ non poſſet velle eā teneri
ad aliq̇d ⁊c. ⁊ ꝑ ꝯſequens ⁊c.
¶ Quarta ſequitur ex iſta ſcz F
ꝙ non eſt poſſibile ꝙ de⁹ ꝓdu
cat aliquā rationalem creatu
ram ſimpliciter impeccabilez
ꝑ naturam: ptz. q2 non eſt ra=
tio quare de⁹ non poſſet velle
ei aliquid ꝓcipere quod ipſa
non poſſet implere. ⁊ ꝑ conſe
quens peccare. Sed oppoſi= Opi. Ock.
tum huius tenet Ockam.
¶ Unde ꝓpter auctoritatē ſu
pradictā dicit ꝙ deus poſſet
facere hominem q̄ non poſſet

peccare. Et vlteri⁹ dicit φ ille non eēt cū illis qui modo ſunt eiuſdem ſpeciei ſpecialiſſime. Quod ꝓbat ſic qꝛ qđcūqꝫ aliquid ꝯuenit alicui indiuiduo ſpeciei ſpecialiſſime nulli indiuiduo eiuſdem ſpeciei repugnat formaliter ꝯſiꝉe. Hoc ei hꝫ pro regula gnāli i plurib⁹ paſſibus. Sed iſti hoī demonſtrato Sorte qui nunc eſt ꝯuenit poſſe peccare: ergo ille hō cui hoc repugnaret eē alteri⁹ ſpeciei ſpecialiſſime. ¶ Si ꝓpo dicaꝉ ꝯtra iſtā rationē qꝛ iſtud aſſumptū eſt falſum. qꝛ Sorti ꝯuenit poſſe peccare: et tñ iſti hoī demōſtrato Chriſto repugnat poſſe peccare nō obſtante φ ſit eiuſdē ſpeciei ſpecialiſſime ꝛc. ¶ Scđa hō ē ſpēs ſpecialiſſima: ergo nō pōt eē homo alterius ſpeciei φ̄ ſit iſte q̄ poteſt peccare. ¶ Ad hoc valde ꝓbabiliter rñdet. Ad primū dicit φ q̄uis verbo diuio repugnet poſſe peccare. tamē illi nature q̄ eſt ꝟbo vnita hoc non repugnat. Nā ſi dimitteretur a ꝟbo poſſet peccare. Et illa natura eſt eiuſdē ſpēi ſpecialiſſime cū iſto homine qui poteſt peccare ꝛ nō cū verbo. quare. ꝛc. ¶ Ad ſecundū dicit φ hō dupliciter accipi poteſt Unomodo pro omni ꝯpoſito ex corpore: ꝛ natura itellectuali. ꝛ ſic non eēt ſpēs ſpecialiſſima. ideo iſte hō ſi fieret ipeccabilis non eēt eiuſdē ſpeciei ſpecialiſſime cū iſto. ꝛc. Alio mō pro ꝯpoſito ex corpore et tali anima intellectiua qualē nos habemus ꝛ hō ſic ſumpt⁹ eſt ſpecies ſpecialiſſima nec ille qui fieret impeccabilis eſſꝫ homo iſto mō accipiendo hominem. quare ꝛc. ¶ Sed contra iſtā opinionem multiplr̄ inſtari ptꝫ. ¶ Primo cōtra illam regulā ſuā inſtat holkot qꝛ caliditas remiſſa cōpatiꝉ ſecum frigus. ꝛ tñ hoc repugnat caliditati intēſe q̄ tñ eſt eiuſdem ſpeciei. Similiter ligno pedali repugnat cōponi ex duob⁹ pedalibus: ꝛ tñ hoc nō ꝯuenit ligno bipedali. quare ꝛc. ¶ Sed ad iſtas inſtantias faciliter poteſt dici φ regula eſt de his q̄ eſſentialiter ꝛ formaliter ꝯueniunt alicui, vl' repugnant inquantū eſt talis ſpeciei. ſic aūt nō eſt in iſtꝭ vt ptꝫ. ideo ſimpliciter concedo illud aſſumptū. ¶ Sꝫ ſecūdo arguo contra illud qđ dicit φ poteſt eſſe homo alteri⁹ ſpeciei ſpālíſſime ab iſto. nam quia hoc nomen homo eſt nomen ſpeciei ſpecialiſſime. nec poteſt eē nomen generis: niſi per nouam impoſitionem. Et ideo q̄uis etiā deus poſſet facere creaturā aliquam rationalem ſimpliciter impeccabilem: non tamen hominem ꝛc. Quod cōfirmaꝉ ſic: quia ſi poneretur talis homo ipeccabilis ille eēt nobilioris ſpeciei ꝛ ꝑfectioris φ̄ ille angelus lucifer qui per ſuꝑbiam cecidit nō ergo deberet dici hoc modo. Cōſequentia videtur bona: ſed aſſumptuꝫ patet: quia iſta differentia ſcilicet ipeccabilitas ꝑ naturam. q̄ eſſet illi hoī eēntialꝉ videꝉ eē nobilior φ̄ aliqua habita a lucifero. et ꝑ ꝯñs ille eſſet ꝑfectior eo ꝛc.

Inſtā ꝯa pri na.

Inſtā ꝯa sc̄dā.

A ſol. ꝑme.

Sol. ſecunde

Opi. Ocki

B improbatio op. Ockā ar. 1.

Euacuatio

1. ar.

¶¶ Sꝫ quid sit de hoc arguo ꝯ
3.ar. ꝑncipale dictū ⁊ ꝓbo ꝙ nullā
creaturā rōnalē pōt de⁹ facē
simplr̄ īpeccabilē: qꝛ de⁹ pt si
bi dare ꝓceptū: vl' ꝗ ipa eē li-
bera, vl' nō. Si sic ꝗ facto pre
cepto libere posset obedire vl'
trāsgredi. ⁊ ꝑ ꝯñs peccare. si
vero nō sit libera: ꝗ nec rōna
lis. Si ꝗs aūt dicat ꝙ de⁹ pos
set facere aliquā creaturā rō
nalē vel liberā: quicq̄d tñ sit
de hoc tñ dato illi ꝓcepto ipa
posset illō nō implere. qꝛ de⁹
posset ad impletionē illi⁹ sibi
nō coagere. quare ⁊c. Confir
mat. qꝛ sm̄ mgr̄m lib. ij. disti.
xv. solus de⁹ est in quē pctm̄
4.ar. cadere nō potest. ¶ Quarto
ostēdo ꝙ illa rn̄sio nō capiat
verba Augusti. ⁊ mgr̄i ad in-
tentionem ipoꝝ: qꝛ vterq̄ di-
cit de hoīe iam facto ꝙ deus
poterat eū talem facere q̄ nō
vellet peccare non posset. Et
tñ sm̄ mgr̄m de⁹ non posset fa
cere hoiem iam factū alteri⁹
speciei q̄ȝ est. ergo nō est ad ꝓ
positū dicere deū posse hoiez
alterius speciei fecisse q̄ non
potuisset peccare. Dico igit
D ꝙ intentio Augustini. ij. sup
Opi. Gen. ca. iiij. vnde trahunt il-
doct. la verba magistri est solū rn̄-
dere illis q̄ dicunt ꝙ deus de
buit hoiez fecisse talem q̄ nol
let oino peccare: icrepantes
deū ꝙ hoiem ꝑmittit tentari
⁊ peccare. Unde ad hoc rn̄dē
do dicit ꝙ oino melior eēt na
tura q̄ peccare non vellet q̄ȝ il
la q̄ facere vult. Utrū aūt de⁹
possꝫ facere hoiez q̄ oino pec
care non posset nihil oino de-
terminat Augustin⁹ salua re-
uerētia mgr̄i. iō magister non
videt habere intētionē Augu
stini: nec Ockā etiā intētionē
magistri. Nō ei intēdit magr
ꝙ de⁹ posset facere hoiem im
peccabilē ꝑ naturā sꝫ ꝑ grām
ita ꝙ eū tātis donis gratuitis
dotasset ꝙ nūq̄ peccaret: nec
vnq̄ sibi coageret nisi ad bn̄
agendū sicut fuit de aīa xp̄i. ⁊
est de beatis: et sic nō potuis
set peccare. sꝫ potētia ꝓpin-
quā sicut dicimus ꝙ graue nō
pōt descendere qn̄ impeditur
nec frigidū pōt calefacē / aut
obscurū illuminare. sꝫ poten
tia ꝓpinqua q̄uis absolute ⁊
potētia remota hoc possit: qꝛ
frigidū pōt fieri calidū: ⁊ ob
scurū luminosum. ⁊c. Sic etiā
in ꝓposito. quare ptꝫ ꝙ nō va
let supradicta rn̄sio. Nec seq
tur: si hō non posset peccare
isto modo ꝙ iō esset simplicit
impeccabilis. nec ꝙ esset alte
ri⁹ speciei ab illa q̄ posset pec
care. Un̄ si alicui hoi de⁹ nul- E
lum preceptum dedisset: siue
eū ad nichil obligasset (quod
est absolute possibile per pri-
mā ꝓpositionē) ille non posset
peccare potētia ꝓpinqua: nec
tñ esset alteri⁹ speciei ab alio
homine peccatore: sicut gra-
ue impeditū qd non potest de-
scēdere non est alteri⁹ speciei
a graui descēdente. Et sic ptꝫ
ad dubitationē ⁊ eius rōnem
Et hec de tertio articulo.

¶ Explicit liber prim⁹ sentē-
tiarū reuerendi in xp̄o patris
⁊ dñi magr̄i Petri de aillyaco

¶ Sequitur vnica questio
circa tertium.

Circa tertiū sententiarꝝ in quo pripalr̄ agit̄ de incarnatione verbi. ⁊ de donis ac virtutibꝰ xp̄i. Querit̄ vtrū melius sit aie xp̄i ꝑ vnionē realē verbi incarnati q̄ꝫ ꝑ intētionalem alicuiꝰ donati creati. ¶ Arguit̄ primo ꝙ non. Qꝛ meliꝰ est aie xp̄i ꝑ vnionē intētionalē create gr̄e dei q̄ꝫ per vnionē realē icarnate ꝑsone verbi. igitur q̄stio falsa. cōsequentia est clara. Añs probat̄. qꝛ meliꝰ est illi aie ꝑ illā gr̄am q̄ꝫ posset bn̄ esse nature irrationali: vel simplr̄ nō cognitiue sicut nature asini vl̄ lapidis. Nā talis natura non est capax tāti bn̄ esse ⁊c. Et tn̄ tali nature pōt realr̄ vniri ꝑsona verbi sicut aie xp̄i: cū illa persona sit op̄s/ ⁊ ois natura creata sit in pura potētia obedientiali ad ip̄am. igit̄ ⁊c. Cōfirmatur. qꝛ de facto ita fuit i triduo mortis xp̄i ꝙ persona verbi realr̄ vniebat̄ nature irratiōali/ scꝫ corpi xp̄i mortuo et tn̄ nō erat illi ita bn̄ ꝑ illam vnionem sicut bn̄ est aie xp̄i ꝑ vnionē gr̄e create (vt clarū ē) igit̄ ⁊c. ¶ Scd̄o principalr̄ arguitur sic meliꝰ est aie xp̄i per vnionē itētionalē theologicarum virtutū q̄ꝫ per vnionē realem cōicatiuā ydiomatū. igit̄ q̄stio falsa. ꝯña est clara. Añs probat̄: qꝛ infinite bn̄ fuit aie xp̄i ꝑ alias virtutes theologicas infusas. Nā ꝑ illas merebat̄ infinite. Qđ ptꝫ qꝛ ꝑ sciaꝫ infusam ⁊ creatas cognitiōes illa aia fuit ifinite sciēs Nā sicut determinat mgr̄. 14. di. huiꝰ tertij aia xp̄i ꝑ sapiētiā gratꝫ datā oia scit q̄ deus scit. ⁊ per ꝯñs infinita: igit̄ etiā ꝑ gr̄am creatā/ ⁊ ifusas virtutes fuit ifinite merēs Cōfirmat̄. qꝛ aia xp̄i ꝑ illas virtutes de condigno meruit redimere genꝰ humanū. imo ſm Anselmū suffecisset ꝑ ifinitis mūdis si essent ⁊c. Igit̄ illud meritū fuit ifinitū. qꝛ nullū finitū ꝓ tot ⁊ tātis premijs esset cōdignū. ¶ Tertio pricipalr̄ arguit̄ sic. qꝛ melius est aie xp̄i ꝑ vnionē beatificā q̄ꝫ ꝑ ypostaticā. igit̄ q̄stio falsa. consequentia est clara. Antecedēs ꝓbat̄. qꝛ vniri deo beatifice est vltimꝰ finis rōnalis creature: et non vniri deo ypostatice. igitur est eiꝰ optimus finis. sed nichil est tā bonum alicui rei sicut suꝰ vltimꝰ et optimꝰ finis Cōfirmatur. qꝛ sicut creatura rōnalis/ ⁊ irranalis non possunt esse equalit̄ bone essentialr̄. Sic si q̄libet habeat suā denoīationē bn̄ essendi i sibi possibilem sequitur ꝙ nō erit eis eque bene. Sed vnio ypostatica pōt cōpetere tam creature rōnali q̄ꝫ irrationali. sicut patet i prima rōne: et nō vnio beatifica. igitur ⁊c. Unde tali fundamēto videtur inniti Aristo. 1. Ethicorum. ⁊ alijs pluribꝰ locis vbi probat felicitatem nō cōsistere in voluptatibus. qꝛ sunt cōes tam hoībꝰ q̄ꝫ brutis. igit̄ ⁊c. ¶ In oppositum arguitur ex illo dicto Aug. In rebus per tempꝰ ortis non fuit maior gr̄a q̄ꝫ ꝙ deus fieret homo. ⁊ hō deus. Sed istud factuꝫ est ꝑ vnionē

3. ar.

In oppositū

ypoſtaticā ſeu realē verbi in-
carnati/ ꝛ non ꝑ btificā ſeu in
tētionalē cuiuſcūqꝫ doni crea
B ti. igit̄ ꝛc. Pro intellectu titu-
Deciſio q̄ſtōis. li q̄ſtionis primo ſciēdū eſt ꝙ
i xp̄o multiplex eſt vnio verbi
ad aīam ſiue ad naturā huma
nam. Una eſt que vocat̄ realr̄
eſt vnio ypoſtatica (id eſt vnio
ſuppoſitalis) qua verbū vnit̄
nature hūane in vnitate ſup-
poſiti ſeu ꝑſone ita vt ſuppoſi
tū verbi ſit ſuppoſitū hūanū.
Alia eſt vnio q̄ vocat̄ intētiōa
lis: ꝛ eſt vnio qua verbū vnit̄
aīe ꝑ aliquā qualitatē intenſi
bilem. Et iſta eſt duplex. q̄dā
eſt per grām gratificātē. Alia
per glīaꝫ btificātē. Et de hac
triplici vnione iuxta materiā
triū argumētoꝝ ante oppoſi-
tum in iſta q̄ſtione erunt tres
articuli. Prim⁹ erit de vnione
ypoſtatica/ ꝛ cōicatione ydio
matū. Scđs erit de vniōe gra
tifica/ ꝛ collatione virtutum.
Terti⁹ erit de vnione btifica/
C et reſpōſione ad q̄ſitū. ¶ Quā
1. arti. tum ad primū articulū ꝑmit-
tam aliquas ꝓpoſitiōes. Dei
de ſoluā aliquos caſ⁹ dubita-
biles. Prima ꝓpoſitio ſit hec
ꝙ ꝑſona verbi aſſumpſit hūa-
nitatē in ſuppoſiti ſeu ꝑſone
vnitatē. Iſta eſt ſupponenda
tāq̄ꝫ articul⁹ fidei: ſꝫ circa ei⁹
ītellectū vidēdū eſt q̄d ſit ſup
poſituꝫ ꝛ q̄d ꝑſona. Unde ſup
poſituꝫ pōt deſcribi ꝙ eſt ens
completū/ nō ꝯſtituēs cū alio
aliquid vnū : nec alteri inhe-
rens: nec ab alio ſuſtentatū ꝑ
completū excludit̄ aīa intelle
ctiua/ ꝛ q̄libet alia forma na-
ta facere aliqꝺ ꝯpoſitū ꝑ non

conſtituēs aliqꝺ vnū ꝑꝫ aliq̄s
excludit̄ natura diuina ꝛ rela
tio q̄ ꝯſtituūt aliqꝺ vnū ſcꝫ ꝑ-
ſonā. Sed hoc reprobaui i pri
mo li. vbi oſtēdi ꝙ etiā ꝯcedē
dū eſt ꝙ natura diuina eſt ſup
poſitū ſꝫ non formalr̄. ꝛ rela-
tio tā realr̄ q̄ꝫ formalr̄ eſt ſup
poſitū. ideo dico ꝙ ꝑ illud ex-
cludūtur ꝑtes itegrales: ꝑ ly
nec alteri inherēs excludunt̄
accidentia: ꝑ ly nec ab alio ſu
ſtentatū excludit̄ natura hu-
mana in xp̄o. Et ſic in deſcri-
ptione ſuppoſiti ponit̄ aliq̄d
poſitiuū/ ꝛ aliq̄d negatiuum.
Perſona vero pōt deſcribi ꝙ
eſt ſuppoſitum intellectuale.
¶ Ex his primo ſeq̄tur ꝙ oīs
perſona eſt ſuppoſitū ſed non
ēconuerſo: q2 lapis eſt ſuppo D
ſitū ꝛ non ꝑſona. Scđo ſeq̄tur
ꝙ ad aliquem ſenſum pōt con
cedi ꝙ deus poteſt aliq̄d aſſu-
mere in vnitatē ſuppoſiti ꝛ nō
perſone quod per ſe ſubſiſtēs
eſt ſuppoſitū ꝛ nō perſona: ſi-
cut natura lapidis. ¶ Tertio
ſeq̄tur ꝙ aliqua natura ē ſup-
poſitum q̄ poteſt deſinere eſſe
ſuppoſitū ꝛ aliqua non eſt ſup
poſitum q̄ poteſt incipere eſſe
ſuppoſitū. Primū ꝑꝫ de hu-
manitate ſortis. Scđm de hu
manitate xp̄i ſi illa aſſumere-
retur/ ꝛ iſta dimitteret̄ a ver-
bo. ¶ Scđa ꝓpoſitio ſicut ꝑ-
ſona verbi/ ſic ꝛ q̄libet perſo-
na diuina pōt aſſumere huma
nitatem vnam: vel plures ſil/
vel ſucceſſiue in ſuppoſiti ſue
perſone vnitatē. Patet. q2 q̄li
bet ꝑſona diuina ē eq̄lit̄ oṗs
et nullū iſtoꝝ fieri iplicat cō-
tradictionē. Tertia. q̄libet ꝑ-

ſona diuina ſicut pōt aſſume-
re hūanitatē ſic ꝗualibꝫ aliā
naturā q̄ poteſt eē ſuppoſituꝫ
ſiue rationalē ſiue nō rōnalē i
ſuppoſiti ſiue perſone vnitatē
Patet qꝛ quelibet talis natu-
ra eſt i pura potentia obediē-
tiali paſſiua: et quelibet talis
perſona eſt infinita potentia
A actiua. ¶ Quarta ꝓpoſitio Li-
cet non ſola pſona vbi potuit
aſſumere humanitatē: tñ ipſa
ſola de fcto eā aſſumpſit i ſup
poſiti ſeu pſone vnitatē. Pri-
ma pars patet ex ſecūda ꝓpo
ſitione. qꝛ paṫ hoc potuit ꝛ ſpi
ritusſanctus. Scḋa pꝫ ex fide
¶ Quinta. Licet non ſola per
ſona verbi fuerit cauſa effecti
ua hui⁹ aſſumptionis. tñ ipſa
ſola facta eſt hō aſſumptione
humanitatis. Prima ps patꝫ
quia opera trinitatis ſunt in-
diuiſa ad extra. i. ſunt cōia ci-
uili ꝛ perſone diuine. Scḋa pꝫ
ex fide per illud. Johannis. j.
Uerbū caro factū eſt. vbi ſm
gloſam caro ponitur ꝓ hoie.
et per illud in ſymbolo. Et hō
factus eſt. Et p Auguſtinum
primo de trinitate. c. vj. talis
erat illa ſuſceptio q̄ deū homi
nē faceret ꝛ hominem deum.
B ¶ Sed ad intellectū hui⁹ vi-
dendū eſt q̄d importatur i ꝓ-
poſito p iſtū terminū hō. Pro
quo ſciēdū ꝙ licet ſm Ariſto-
telē nulla res importetur per
hoc nomen hō. quin eodē mo
do importetur per hoc nomē
humanitas ꝛ econuerſo. ex eo
quia ſm ipſuꝫ nichil eſt hic i-
ferius niſi materia / forma / vł
ꝯpoſitū / vel accidēs alicuius
hoꝝ. ꝛ nullū iſtoꝝ plus ipor-
tatur p vnū q̄ꝫ per reliquū. ſi-
cut patet inductiue: ſuppoſi-
to tñ ꝙ humanitas nō ſignifi
cet ſolū animā intellectiuam
nec naturā ſpecificā ꝯmunem
(qḋ ꝓ nūc ſuppoṅr: tñ ſm fi-
dē: iſta noīa non ſunt ſynoni-
ma. ſed poſſunt ꝓ diſtictis re
bus ſupponere Nā hoc nomē
hō eſt nomen ſuppoſiti ꝛ ſup-
ponit ꝓ filio dei: iꝫ hoc nomē
hūanitas eſt nomē nature. et
nō ſupponit ꝓ filio dei. hoc āt
faciliter pōt apparere ex de-
ſcriptionib⁹ q̄d noīs iſtoꝝ ter
minoꝝ. Nā hoc nomē huma-
nitas nichil ſignificat niſi na-
turā ꝯpoſitā ex corpore ꝛ aīa
itellectiua nō ꝯnotādo ꝙ iſta
natura ſuſtētaṫ ab aliquo ſup
poſito (ſcꝫ a vbo) vel ꝙ nō ſu-
ſtētaṫ. Et iō ſp ꝓ iſta natura
ſupponit p̄ciſe et nūq̄ꝫ ꝓ filio
dei. cū ipē nō poſſit eē iſta na-
tura. Sꝫ hoc nomē hō ſignat
illā naturā ꝯnotādo eā eſſe ꝑ
ſe exiſtētē / vel ab alio ſuppoſi
to ſuſtētatā ſiue ſuppoſitā Un̄
iſte termin⁹ hō diffinitiōe q̄d
nominis pōt ſic diffiniri. hō ē
natura ꝯpoſita ex corpe ꝛ aīa
intellectiua ab alio ſuppoſito
nō ſuſtētata. vel eſt aliqḋ ſup
poſitū talē naturā ꝯpoſitā ſu-
ſtētās. de q̄libet em̄ hoie iſta
deſcriptio ꝓ altera ꝟificat
Prima ps ei verificatur de q̄-
libꝫ hoie alio a xp̄o. ꝛ ſcḋa ps
de ſolo xp̄o. ¶ Ex p̄dictꝭ ſeq̄ṫ C
p̄mo ꝙ fili⁹ dei nō eodē modo
nec oīno vniuoce ſiue ſꝫ eādē
rōnē dr̄ hō ſicut et alij hoīes.
pꝫ: qꝛ ſortes ꝛ q̄libꝫ ali⁹ hō dr̄
homo quia eſt natura compo
ſita ex corpore ꝛ anima itelle-

ctiua a nullo ſuſtētata. ſꝫ fili⁹ dei nō dꝛ hō hac rōe: ſcꝫ q2 ſit talis natura (cū hoc ſit impoſſibile) ſed q2 eſt ſuppoſitū ſuſtentās talē naturam ⁊ terminans eius dependētiā. Scđo ſequitur ꝙ licet hec particularis ſit vera aliqͣs hō eſt humanitas: tñ hec vlis eſt falſa. ois hō eſt hūanitas. p̄mū ptꝫ de ſorte. ſcđm ptꝫ de xp̄o. ℂ Ter

D tio ſequitur ꝙ hec de virtute ſermonis eſt falſa filius dei aſſumpſit hoīez. q2 ly hō ſupponit ꝑ ꝑſona filij dei. iō ſi talis locutio qñꝫ inueniat̃. Auguſtini vel alioꝝ ſanctoꝝ exponēda eſt vt per hoīem itelligamus hūanitatez ita ꝙ capiat̃ cōcretū ꝑ abſtracto. Sexta ꝓpoſitio eſt. ꝙ q2 ꝑſona ỽbi aſſumēdo humanitatē in vnitatē ſuppoſiti fit hō. iō fit in xp̄o ydiomatū cōicatio ℂ hoc aūt

E ſic eſt intelligēdū ꝙ ꝑ idiomamata in ꝓpoſito intelligam⁹ ꝓprietates ſiue p̄dicata: et ꝑ cōicationē mutuā verificationē: vel ſic cōicatio ydiomatū nichil aliud ſit niſi mutua verificatio p̄dicatorū. Et ſic eſt ſenſus ꝓpoſitiōis ꝙ rōne illi⁹ aſſumptiōis qua perſona verbi fit hō proprietates et p̄dicata q̄ dicuntur de ꝑſona verbi ỽificant̃ de xp̄o. ſub hoc nomine hō. ita ꝙ xp̄o demonſtrato verū eſt dicere ꝙ hic hō eſt filius dei: eternus / immēſus / creator mūdi. ⁊c. et etiā econuerſo ea q̄ dicūtur de natura aſſumpta i ꝯcreto ſub hoc nomine hō verificāt̃ de xp̄o ſub hoc noīe deus: vt ꝙ hic hō q̄ eſt de⁹ eſt nat⁹ de ỽgine paſſus / mortu⁹ / loco circūſcript⁹ ⁊c. Et dixi in ꝯcreto: q2 non ē verū ꝙ deus eſt humanitas ⁊ tñ ē diuinitas. Sic ḡ itelligit̃

F cōicatio ydiomatū. ℂ Sꝫ circa hoc dico aliq̄. P̄rio dico ꝙ nō ꝯſilr: ſeu eq̄ ꝓprie dñr p̄dicta diuina de hoc hoīe. ⁊ hūana p̄dicata de deo. eo ꝙ i xp̄o ꝑſona diuina eſt aſſumēs ⁊ natura hūana aſſumpta. vñ magis ꝓprie de xp̄o dꝛ. iſte hō ē immortalis abſq3 hoc ꝙ addatur ſm diuinitatē. qm̄ iſte hō eſt ꝓprie ꝑſona diuina q̄ꝫ dicatur de⁹ eſt mortalis. imo opꝫ in iſta addere: vel ſubitelligere ſm humanitatem. Et cā eſt q2 perſona diuina ē aſſumens iō iſte hō eſt ꝑſona diuina immortalis: ſꝫ ipſe non eſt natura hūana. nec natura mortal̃. ℂ Secūdo dico ꝙ iſta differē

G tia p̄dicatiōis non eſt oīno talis: ſicut i alijs ſolet dici vnuꝫ eē verū ſimpliciter: ⁊ ali⁹ ſecūdū q̄d ⁊ falſum ſimplicit̃. ſicut Ethiops eſt albus ſm q̄d: ſcꝫ ſm dētes ⁊ niger ſimpl̄r: et iō hec eſt falſa ſimpliciter iſte ē albus niſi addat̃ ſm dentes. Nam iſta de⁹ fuit paſſus ⁊ ſimiliter etiā ſine addito. lꝫ ſp ſit intelligendū ſm humanitatē. nō tñ ſunt falſe ſimpliciter Et cā diſſimilitudinis eſt diſſimilitudo habitudinis humanitatis xp̄i ad ꝑſonā ỽbi. ⁊ dētis ethiopis ad reliquū corporis. Uel forte magis proprie loquēdo tota cā diſſimilitudinis eſt mod⁹ loquēdi ſcripture et ſctōꝝ. in quo videre meo totaliter fundat̃ iſta cōicatio ydiomatuꝫ. ℂ Tertio dico ꝙ h

nonobſtãte q̃ tales ſint vere
ſimpliciter. ⁊ q̃ in aliq̃b⁹ ſcʒ i
illis in quib⁹ datur i ſubiecto
intelligi hũanitas ſicut hic.
homo xp̃s fuit paſſus. etiã nõ
ſit neceſſarie addere ſm hũa-
nitatẽ. tñ talis additio ẽ i ali-
quib⁹ exprimẽda. nõ ad neceſ
ſitatẽ ỽitatis: ſʒ ad excluſionẽ
cauſe erroꝝ: vt hic fili⁹ dei eſt
creatura: dʒ addi ſm humani
tatẽ: ne videat̃ ↄcordare here
ſi arriane. Et ita i aliis p̄dica
tis q̃ ſi ſine addito dicerẽt̃ de
xp̄o poſſet ſuſpicari / ne ab eo
excluderet̃ diuinitas. Silr̃ de
aliis d̃ q̃b⁹ poſſet ſuſpicari ne
attribuerẽtur diuie ꝑſone ſm
ſe. dʒ addi ſm humanitatẽ. vt
hic. fili⁹ dei eſt ↄpoſit⁹. Nam
neq̧ ꝑſona neq̧ natura diuia
eſt ↄpoſita. nec xp̃s ẽ cõpoſit⁹
ex duab⁹ naturis: diuina ſcʒ ⁊
humana: ſiue ex trib⁹ reb⁹ cor
pore ſcʒ aia ⁊ diuinitate. ſed
tñ ex duab⁹. ſm humanitatẽ
ſcʒ corpe ⁊ aia eſſentialr̃ et ex
infinitis ꝑtib⁹ quãtitatiuis i-
tegraliter Jõ nõ eſt ↄcedendũ
q̃ hũanitas ſit ps xp̄i. Nã ſi-
cut hõ nõ ẽ ↄpoſit⁹ ex albedie
et ſubſtãtia: ſic nec xp̃s ẽ ↄpo
A ſitus ex hũanitate ⁊ ꝑſona di-
uina ¶ Septima ꝓpoſitio per
hoc q̃ ꝑſona ỽbi aſſũpſit hũa
nitatẽ diuitas ẽ incarnata et
ſibi eſt hũanitas vnita in ſup
poſiti ſeu ꝑſone vnitatẽ. Patʒ
p̄mo ꝑ Augu. ſ. de trini. c. ix.
Forma dei accepit formã ſui
et ſine dubio natura naturam
accepit. Scd̃o ꝑ auctoritatẽ
hiero. i explanatõe fidei Paſ
ſus ẽ fili⁹ dei: nõ ſʒ illã ſubſtã
tiã q̃ aſſũpſit: ſʒ ſm illã ſubſtã
tiã q̃ aſſumpta eſt. igr̃ ⁊c. Ter
tio ꝓbatur. q: cũ ꝑſona ỽbi ⁊
diuinitas ſint idẽ realit̃ q̃d cõ
cedit̃ de ꝑſona non dʒ negari
de diuinitate: niſi ad hoc cogat
fides. ſic aũt nõ eſt hic: vt ptʒ
faciliter. ⁊c. Et ad hoc facit il
la regula quã i p̄io libro de-
claraui: q̃ p̄dicata ↄdictoria
nũq̧ debet ↄcedi de teris ſup-
ponibilib⁹ ꝑ eodẽ niſi vbi co-
git fides. Ex hac ꝓpoſitione
ſequit̃ p̄mo q̃ ↄcedẽdũ ẽ i aliq̃
ſenſu q̃ ip̄a diuinitas ſeu diui
na natura facta eſt hõ. ptʒ. q:
hec ↄcedit̃. ꝑſona ỽbi fctã eſt
hõ. Et hec perſona verbi ẽ di-
uinitas. igitur. ⁊c. ↄñã ẽ ſillo-
giſm⁹ expoſitori⁹ qui nũq̧ dʒ
negari niſi vbi cogit fides. vt
dixi i primo Secũdo ſequit̃ q̃
ipſa diuinitas vnitur humani
tati nõ ꝑ ſe ⁊ primo: ſed q: ip̄a
eſt ypoſtaſis cui vnit̃ humani
tas ꝑ ſe ⁊ primo. Tertio ſeq̃t̃
q̃ deitas non vniuit ſibi hũa-
nitatẽ in vnitatẽ nature: ſed i
vnitatẽ perſone. Et hoc intel
ligit magr̃ in. iij. diſtin. lib. iij.
vbi dicit q̃ fili⁹ dei dr̃ factus.
hõ nõ ſolũ q: hoiẽʒ aſſumpſit
ſʒ q: ipſum i vnitate ⁊ ſingula
ritatẽ ſui id eſt ꝑſone accepit.
natura aũt diuina accepit for
mã ſerui. i. naturã hoīs: ſʒ nõ
in ſingularitatẽ ſui. i. nature.
⁊c. ¶ Si vero dicat̃ q̃ q: fili⁹ Inſtã
dei eſt homo: ideo de ipſo cõ- tia.
cedũtur attributa hoīs: ſicut
q̃ eſt paſſus ⁊ mortu⁹. ⁊c. ſed
de diuinitate non ↄceditur q̃
fuerit paſſa vel mortua. igit̃.
nec dʒ cõcedi q̃ ſit incarnata B
vel q̃ ſit hõ Dico q̃ aliqua ſũt Solu-
predicata que conueniũt filio tio.

dei ꝯciſe per ꝯmunicationem ydiomatū. i. q꞉ ꝯueniunt humanitati ſicut natus/ paſſus/ mortuꝰ/ ⁊ talia nō dicūtur de diuitate. et hoc ſolū: q꞉ nō ſic loquunt̄ ſcti. Alia vero ſunt q̄ lꝫ ꝯueniant filio dei rōne icarnatiōis ſiue aſſumptionis humanitatis. hoc tñ nō eſt ꝑ cōmunicationē ydiomatū. i. hoc non eſt ex eo q꞉ ꝯueniāt hūanitati ſicut eē incarnatum: vl' eſſe hoiem: vñ humanitas iſta non eſt icarnata vel hō facta. Et iſta ſicut de filio dñr ita de diuinitate dici pñt/ cum nō cōtradicat auctoritas. q̄re. ⁊c.

C ¶Octaua ⁊ vltima ꝓpō eſt ꝙ lꝫ in xp̄o humanitas depēdeat a diuino ſuppoſito ⁊ eiꝰ ꝓpria ꝑſonalitate ſubſiſtat. tñ nec ꝑſona x̄bi/ nec diuinitas vnit̄ formal'r humanitati nec ipſam formal'r actuat. Prima ꝑs ptꝫ ex dictis. Scd'a vero ē ꝯ quoſdā nouellos dogmatiſantes q̄ probat̄ ſic. q꞉ ſi inter illa eēt formalis vnio ſiue formalis actuatio ad modū loq̄ndi ipſoꝝ. tūc vt ipi ꝯcedūt illa aſſumpta humanitas ſic formaliter actuata fuiſſet real'r deꝰ. ita ꝙ ꝑ illā formalē actuationē diuinitas cōicaret ſuo formali ꝯcretiue illud qđ ipa eſt abſtractiue. ſ. eſſe deum.

D ¶Sed ꝯ hoc adducit̄ triplex incōueniēs. Primū/ q꞉ ſeq̄tur ꝙ eſſet in nobis deꝰ recēs. cōtra pſal. lxxx. Iſrael ſi audieris me nō erit i te deꝰ recens. Scd'o ſeq̄tur ꝙ in nobis eſſet deꝰ alienꝰ ſiue a diuinitate diſtinctꝰ ꝯ illđ Deut. xxxij. Ego ſum deus ⁊ nō eſt aliꝰ ꝓter me

Tertio ſequit̄ ꝙ eēnt plures dij aliter q̄ꝫ ꝑ adoptionē/ imo infiniti. q꞉ īfinite ptes quātitatiue humanitatꝭ eſſent formal'r actuate ab ipa diuinitate. ⁊c. Ex hac ꝓpoſitōe primo ſequit̄ ꝙ aliqua eſt dependentia creature q̄ non eſt ꝓprie ī aliquo gñe cauſe. Patet inducendo in oi genere cauſe de illa dependentia qua humanitas xp̄i ſic depēdet a ꝑſona x̄bi: qđ eius ꝓpria ꝑſonalitate ſubſiſtit: vt dicit pria pars ꝓpoſitiōis.

¶Secūdo ſequitur ꝯtra ymagiationē multoꝝ qđ illa depēdentia magis aſſimulat̄ cauſe materiali q̄ꝫ formali ita qđ hūanitas magis ſimulatiue ſe hꝫ/ vt forma ad diuinitatē q̄ꝫ ecōuerſo. Patꝫ q꞉ ſicut forma ſubſiſtit i ſua materia: ſic humanitas in diuitate ſeu diuina ꝑſona. Itē ſicut forma ꝯmunicat ſuo formali i cōcreto illud qđ eſt in abſtracto vt aīa que eſt abſtractiue vita communicat corpori qđ informat qđ ſit ꝯcretiue viuens. ſic humanitas cōicat ꝑſone verbi ⁊ diuinitati ꝙ ſit hō: vt ptꝫ ex dictis. iō magis habet ſimilitudinē forme q̄ꝫ mat'ie. quare. ⁊c. E

¶ Tertio ſequitur ꝙ illa ſimilitudo i ſymbolo athanaſij: ſicut aīa rōnalis et caro vnus eſt homo. ita deus et hō vnus eſt xp̄s: nō eſt x̄a de virtute ſermonis. Nā ibi eſt plꝰ diſſimilitudis. q꞉ vel ly hō capit̄ ꝓprie: ⁊ ſic deus ⁊ hō oīno ſunt idē. qđ nō eſt de aīa ⁊ carne. Uel capit̄ improprie ꝓ humanitate: ⁊ ſic deꝰ ⁊ hūanitas non ꝯponunt xp̄m ſicut aīa et F

caro hoīez nec deus eſt forma humanitatis ſi c ut aīa carnis nec aliq̄s hō q̄ eſt aīa ⁊ caro ē
A de⁹ vl' xp̄s. q̄re ⁊c. ¶ His p̄miſſis ⁊ p̄ſuppoſitis ponā / et ſolnā circa dicta aliq̄s caſ⁹ dubitabiles. Prim⁹ caſ⁹ eſt. Ponam⁹ ꝙ p̄ſona verbi dimitteret naturā aſſumptam: iſto poſito
1. dubium. ſunt aliq̄ dubia. ¶ Primuz eſt vtrū illa natura dimiſſa eſſet pur⁹ hō ⁊ ſi ille hō fuerit xp̄s. Rn̄deo ꝙ eſſet purus hō / nec vnq̄ fuit de⁹ / q̄ꝛ q̄cq̄d fuit de⁹ ſp̄ eſt / ⁊ erit nec vnq̄ illa etiā fuit xp̄s: q̄ꝛ xp̄s fuit ſuppoſitum diuinū ⁊c. Unde primo ſequit̄ ꝙ lꝫ hic hō fuerit aſſumptus a verbo in vnitatē p̄ſone non tn̄ fuit vna p̄ſona cū verbo. ptꝫ q̄ꝛ humanitas q̄ prius fuit aſſumpta. ⁊ mō ponit̄ eſſe hō nūq̄ fuit vna p̄ſona cū verbo: nec ex ip̄a ⁊ verbo fuit vna perſona. Scd̄o ſequit̄ ꝙ licet hic hō paſſus fuerit in cruce. ⁊ nō fuerit in cruce ali⁹ homo a xp̄o: tn̄ hic hō non fuit xp̄s. Et ſi dicatur null⁹ homo paſſus fuit in cruce: niſi xp̄s / hoc negatur: ſed bn̄ conceditur ꝙ tunc erat vera. null⁹ homo patitur in cruce niſi xp̄s: tn̄ bene erat verum ꝙ aliud a xp̄o patiebat̄ in cruce: ſcꝫ hec humanitas q̄ tunc non erat homo ⁊ modo eſt homo p̄ caſum. Tertio ſequit̄ ꝙ licꝫ filius dei fuit homo ⁊ fuit alius homo ꝙ iſte homo: tn̄ non per aliā animā ſiue carnē. nec habuit aliā humanitatē. Et cauſa eſt q̄ꝛ xp̄s fuit homo per iſtā humanitatem: ⁊ fuit alius homo ab iſto per diuinitatem per quā fuit ſuppoſitū aliud ab iſta humanitate. Quarto ſequit̄ ꝙ vterq̄ duoꝝ hoim. ſ. xp̄s. ⁊ iſte hō qui nec eſt nec fuit xp̄s fuit hō per eandē humanitatē. imo p̄ eādē poſſunt eſſe ſucceſſiue q̄tuoꝛ hoīes: ſcꝫ ſi q̄libet p̄ſona ſucceſſiue aſſumeret eādē humanitatē: ⁊ illa poſtea dimitteret̄. Multa alia p̄nt īferri ſꝫ dimitto. ¶ Scd̄m dubiū eſt. retēto caſu premiſſo vtrū demōſtrato filio dei hec ſit vera: hic eſt fili⁹ virginis. Dico ꝙ non: q̄ꝛ ex quo deſijt eſſe hō / deſijt eſſe fili⁹ virgīs: nec erat filius virginis niſi ſc̄m humanitatē: quā modo ponitur nō habere ideo modo non pl⁹ attinet virgini q̄ ante incarnationē. Ex his ſequit̄ primo ꝙ hec ꝯn̄tia nō valet. fili⁹ dei naſcebat̄ de virgine: ⁊ fuit fili⁹ virgīs: ⁊ ipſe / ⁊ ipſa ſunt. igit̄ ipſe eſt fili⁹ virgīs. Et rō eſt: q̄ꝛ cauſa tal' denoīatiōis ceſſauit. Scd̄o ſequitur ꝙ hec ꝯſequētia non valet: fili⁹ dei bis fuit: vel bis īcepit eſſe fili⁹ virginis. Igit̄ bis natus eſt de virgine. ptꝫ. quia ante triduū mortis xp̄i filius dei erat fili⁹ virginis. Et ſicut in triduo non erat hō. ita non erat fili⁹ virgīs. Et in reſurrectione incepit iterū eſſe homo et eſſe filius virginis. ⁊ tamen non fuit bis natus de virgine quare ⁊c. ¶ Tertium dubiuz eſt. retento caſu p̄miſſo vtrum iſte homo dimiſſus ſit fili⁹ virginis? Dico ꝙ ſic. q̄ꝛ alit̄ non eēt alicui⁹ fili⁹: etiā hec humana natura q̄ modo eſt hō fuit de v̄gine ꝯceptā ⁊ ipſam peperit: et iſte hō et ip̄a virgo ſunt

B Scd̄m dubiū
C Tertium dubium.

igitur ⁊c. Ex hoc ſeq̃tur ꝑmo
ꝙ aliq̃n iſte nõ fuit fili⁹ virgi=
nis ⁊ nũc eſt fili⁹ ei⁹: ⁊ incepit
eſſe filius virginis ⁊ ip̃a virgo
mr̃ eius. ſ. in illa dimiſſiõe q̃n
incepit eſſe homo. nec tũc vir
go eum pepit: ſed ante diu: q̃ꝛ
hic homo fuit anteq̃ꝫ eſſet fili⁹
virginis ſicut hic hõ fuit añ=
q̃ꝫ eſſet hõ ſicut patet arguen=
do expoſitorie ¶ Scd̃o ſeq̃tur
ꝙ hic homo naſcebat̃ de virgi
ne q̃ non erat hõ: et aliq̃s hõ
naſcebat̃ de virgine q̃ nõ erat
xp̃s. licet tp̃e natiuitatis veꝝ
eſſet ꝙ vnus ſol⁹ homo naſce=
batur. Unde patet ꝙ vterq̃ꝫ
duoꝝ naſcebat̃ de virgine ⁊c
¶ Tertio ſeq̃tur ꝙ hec hũani
tas cũ xp̃o nata fuit de virgi=
ne capiẽdo ly nata ꝑticipialr̃
nõ tñ fuit nata virginis: id eſt
filia: nec ſoror xp̃i: q̃ꝛ non oẽ
natũ de virgine eſt fili⁹ vel fi=
lia ſicut pes ⁊c. ¶ Quarto ſeq̃
tur ꝙ iſtũ hoiem virgo pepit
q̃n peperit xp̃m. nec tñ ſeq̃tur
ꝙ tunc inceperit eſſe mr̃ iſtius
ſed icepit eſſe mr̃ in illa dimiſ
ſione q̃n illud quod ip̃a diu añ
pepit: ſcꝫ hec humanitas in=
cepit eſſe homo. ⁊ ꝑ conſeq̃ns
fili⁹. Unde ſi miraculoſe mu=
lier pareret filiũ anteq̃ꝫ infun
deretur aĩa ip̃a nõ incipet eſ=
ſe mater ĩ ꝑtu: ſed poſt partũ
D in ip̃a infuſione aĩe ¶ Quinto
ſeq̃tur ꝙ lꝫ in caſu ꝑdicto non
ſit concedendum ꝙ beata vir=
go habuit duos filios ꝓprie
loquendo: tñ vtrũq̃ꝫ duoꝝ ha
buit filiũ. nec ſeq̃tur nunq̃ꝫ pe=
perit niſi ſolũ hoiem: ⁊ vnico
partu ⁊ tunc pepit vnũ ſolũ fi=
liũ. igitur nõ vtrũq̃ꝫ duoꝝ ⁊c.

Cauſa eſt. q̃ꝛ eodẽ ꝑtu ipſa pe
perit duas res. ſ. xp̃m/ ⁊ hanc
humanitatẽ. ⁊ xp̃s tũc fuit fili
us eius: ⁊ hec humanitas mo
do eſt fili⁹ ei⁹. Sexto ſequitur
ꝙ hec ꝯñia non valet: xp̃s fuit
fili⁹ virgis. deĩde iſte hõ fuit
et eſt fili⁹ virgis. igitur iſte eſt
ſcd̃o genitus. q̃ꝛ iſte homo nõ
incepit eſſe fili⁹ per natiuitatẽ
Septimo ſequitur q̃ꝺ iſta con
ſequẽtia non valet vterq̃ꝫ: ſcꝫ
xp̃s: ⁊ iſte homo fuit fili⁹ vir=
ginis: ergo iſti fuerũt fratres
Cauſa eſt ꝙ hoc nomen xp̃us
connotat naturã aſſumptam.
Ideo in iſto caſu ip̃e modo nõ
eſt xp̃s: imo fili⁹ dei deſijt eſſe
chriſtus q̃n iſte homo incepit
eẽ homo. Octauo ſequitur ꝙ
iſta conſequentia non valet:
vterq̃ꝫ ſcꝫ filius dei et iſte ho=
mo fuit fili⁹ virginis: ⁊ vterq̃ꝫ
eoꝝ eſt: ergo ſunt fratres. q̃ꝛ
licet filius dei fuerit filius vir
ginis/ tamen non modo ⁊c.
¶ Quartum dubiũ retento ca Quartũ dubium.
ſu premiſſo: eſt q̃ꝛ hec huma=
nitas eſt hõ/ ⁊ eſt ſuppoſitum
et pri⁹ non erat homo nec ſup
poſitum. ideo q̃ritur vtrũ hoc
factum ſit ſine acquiſitiõe vel
deperditiõe alicuius poſitiuĩ
in ip̃a. hoc em̃ non videtur: q̃ꝛ
ſic cõtradictoria ſucceſſiue ve
rificarent̃ de eadẽ re ſine mu=
tatione. ¶ Ad iſtud diceretur Opi. ockã
ꝺm Ockã p̃io ꝙ vnio in chri=
ſto verbi ad humanitatꝫ ad=
dit aliq̃d vltro extrema vnita.
⁊ hoc propter ratiõem p̃reta=
ctã. q̃ꝛ impoſſibile eſt fieri trã
ſitũ a contradictorio in cõtra
dictoriũ ſine acquiſitione/ vel
deꝑditione alicuius poſitiui:

ſed hec natura pri⁹ erat vnita et ideo non erat ſuppoſitum: ⁊ mõ non eſt vnita ⁊ eſt ſuppoſitum. igit̃ ali q̇d eſt aquiſitũ/ vel deꝑditum. Nõ acq̇ſitũ vt patet. igit̃ deꝑditum. ⁊ nõ apparet q̇d ſit illud niſi vnio extremorum. igit̃ ⁊c. ¶ Scđo q̄ vnio vltra extrema non dicit aliq̇d abſolutũ. q: nõ apparet in q̃ genere illud eſſet: q: nec ĩ genere ſubſtãtie/ nec accidentis vt declarat ĩductiue. Sed non bñ intelligo quõ iſta poſſunt ſimul ſtare: q: ip̄emet in eadem q̄ſtione dicit q̄ ꝑ verã rem abſolutã intelligit rẽ natam eſſe extra aiam: ſed ſi talis vnio ſit ip̄a eſt nata eſſe extra aiam ⁊c. ¶ Tertio dicit q̄ illa vnio eſt reſpect⁹ realis differens ab extremis. ⁊ fundat̃ in natura humana/ ⁊ nõ diuina: q: ſola humana natura eſt capax nec eſt imaginãdum q̄ illa vnio ſit quoddã vinculum ligans naturam humanã cũ diuina/ ⁊ ecõuerſo. ſed eſt illõ quo extrema formaliter/ ⁊ denoiatione dicunt̃ vnita ſicut aliq̇d denoiatur ab albedine albũ. ⁊ ideo naturã humanã vniri ꝑſone diuine/ vel aſſumi ad vnitatẽ ip̄ius poteſt dupliciter itelligi. Uno modo q̄ natura humana fiat vna ꝑſona/ et fiat ꝑſona xp̄i. ⁊ hoc eſt falſum ⁊c. Alio mõ q̄ natura humana ſubſtẽtet̃ a verbo: ⁊ ſubſiſtat in ſuppoſito verbi aliq̃ modo ſicut accidens ſuſtẽtat̃ in ſubiecto. ⁊ ſic eſt verũ. Unde ſicut ip̄e valde bene dicit. Licet hec vnio nõ poſſit demõſtrari: ſed ſola fide teneat̃: tñ ad intelligẽdũ ip̄am poſſum⁹ manuduci ꝑ alias vniões: ſcʒ mat̃ie cũ forma / ⁊ ſubiecti cũ accidẽte. Nã in vnione forme cũ materia forma manet diſticta ſm ſuã entitatẽ ſicut pri⁹. et tñ ꝑ hãc vnionẽ materia denoiatur a ꝓprietatib⁹ forme ⁊ econuerſo. Sic in ꝓpoſito. natura diuina ⁊ hũana remanẽt diſtincte poſt vnionẽ ſicut añ nec faciũt ꝑ ſe vnũ ſicut mat̃ia ⁊ forma: ſcʒ mag̃ ſicut accidẽs et ſubiectũ nõ faciũt ꝑ ſe vnũ ⁊ tñ non obſtãte tali diſtictione cõicãt ſibi ꝓprietates ſuas per ꝑ̄dicationẽ in ↄ̄creto ſicut dicim⁹ q̄ hic fili⁹ dei eſt incarnatus mortu⁹ paſſ⁹: ⁊ econtra hic homo eſt etern⁹ ⁊ fecit mũdum ⁊c. Ex hoc appet q̄ vnio humanitatis ad verbũ magis aſſimilat̃ vnioni accidẽtis ad ſubiectum q̄̃ vnioni forme ad materiã/ vel mat̃ie ad formã. ¶ Quarto dicit q̄ q̄t ſunt nature diſticte xp̄o vnite tot ſũt vniones: q: reſpectus variãtur ad variationẽ fundamentoꝝ: ⁊ ideo q: ſm eum in homine ſunt ſaltẽ tres res ꝑtinẽtes ad ei⁹ eſſentiã: ſicut oportet neceſſario ponere ꝓpt articulum: ſcʒ materia: aĩa itellectiua: ⁊ aĩa ſenſitiua: q̃ imediate ſunt vnite verbo. ſicut patuit in triduo mortis. q̄m tunc oĩa illa fuerũt ſibi vnita: q: q̇đ ſemel aſſũpſit nunq̄̃ dimiſit. ⁊ ſm hoc oportet ad minus ponere tres vniões vnã ĩ mat̃ia. aliã ĩ ſenſitiua. aliã in intellectiua. Lʒ hec dicta opinio ſit ꝓbabilis: tñ ſi q̇s velit negare oẽʒ reſpectũ/ ſiue rela

Marginalia: A — Improbatio pred. op. (beside "tis vt declarat ĩductiue"); B (beside "albũ. ⁊ ideo naturã humanã"); C (beside "¶ Quarto dicit")

tionem diſtinctā a rebꝰ abſo-
lutis: pōt ſaltē ꝓbabilr nega-
re dictas vniones/ et ꝯcedere
conſeqns ſupra illatū: ſcꝫ ꝙ ſi
ne acqſitione vel deꝑditione
alicuiꝰ rei in ipſa humanitate
ipſa facta eſt hō ⁊ ſuppoſitum
per hoc ſolū ꝙ filius non vnit
ſibi qui prius vniebat. Et ad
argumētū de illa regula ipoſ-
ſibile ē fieri trāſitū de ꝯtradi-
ctorio in ꝯtradictoriū ⁊c. fuit
D ſatꝫ dictū i pᷓo libro. ¶ Scḋs
2. caſꝰ caſus ponamꝰ ꝙ ꝑſona verbi
nūq̄ aſſumpſit naturā creatā
⁊ lꝫ hoc mō ſit ipoſſibile: tñ qꝛ
aliqñ fuit veꝝ ponamꝰ ꝙ ſumꝰ
in illo tp̄e/ ⁊ ꝙ die ſeqnti filiꝰ
dei aſſumat filiū marthe iam
adultū ſiue magis ꝓprie loqn
do aſſumat filiꝰ filij humanita
tē: ⁊ tūc filiꝰ dei vocat xp̄s. et
tñ nūq̄ iſte aſſumēdꝰ erit xp̄s
ſicut pꝫ de dimiſſo i p̄miſſo ca
ſu ꝙ nūq̄ fuit xp̄s Sed nunqd
hec erit vera. xp̄s/ vel hic hō
eſt filiꝰ marthe: Dico ꝙ nō. qꝛ
nec xp̄s/ nec aliqd tale exiuit
de vtero marthe qḋ ē xp̄s/ nec
aliqd tale pepit. Ex hoc ſequi
tur primo ꝙ hec ꝯña nō valet
martha pōt dicere huic hūa-
nitati aſſumpte. ego te genui
et tu fuiſti filiꝰ. ergo pōt dice
re xp̄o tu es filiꝰ meꝰ ſm iſtam
hūanitatē. Nec eſt ſimile ar-
gumētū. hec hūanitas exiuit
de vtero marthe: ḡ xp̄s exiuit
ſꝫ iſtā hūanitatem. ſicut ſi ar-
guat dens ethiopis ē albꝰ. ḡ
ethiops eſt albus ſm dentem
¶ Prima eni ꝯña eſt de p̄teri-
to ⁊ non valet: ſꝫ ſcḋa eſt de p̄-
ſēti ⁊ valet Nā ſi dēs ethiopis
fuiſſet albꝰ anq̄ eēt ethiops.
et poſtmodū eſſet ipſiꝰ et non
eſſet albꝰ ampliꝰ. pꝫ ꝙ nō va
leret ꝯña: dens ethiopis fuit
albꝰ. ergo ⁊c. Sic in ꝓpoſito
hec humanitas fuit filiꝰ mar-
te qñ non fuit xp̄i. et nunc qñ
eſt xp̄i ipſa non eſt filius eius
E ¶ Scḋo ſequit ꝙ demōſtrata
manu xp̄i hec ē falſa. hec ma-
nus fuit in vtero marthe/ vel
egreſſa eſt de eo: ſꝫ bñ ꝑtialis
hūanitas huiꝰ manꝰ. ¶ Ter-
tio ſequit ꝙ poſito ꝙ filiꝰ mar
the añ hāc aſſūptionē habuiſ
ſet vxorē/ aut filios/ aut filias
tūc facta aſſūptiōe demōſtra-
to xp̄o veꝝ eſt ꝙ iſte hō nō eſt
nec fuit vxoratꝰ/ nec genuit fi
lios/ nec fuit pr̄ eoꝝ. ¶ Quar
to ſequit Poſito ꝙ filiꝰ dei di-
mittat illā hūanitatē iſte eſt
filiꝰ marthe/ ⁊ ante etiā fuit/ ⁊
medio tp̄e ſcꝫ dū erat vnitꝰ nō
fuit eiꝰ filiꝰ. ⁊ ita bis fuit filiꝰ
vel ſaltē hec ꝓpoſitio iſte eſt
filiꝰ/ bis fuit vera. nec tñ ſeq-
tur ꝙ bis genuerit eū. qꝛ ſcḋa
vice non fuit filiꝰ ꝑ generatio
nem nouā: ſed ꝑ dimiſſionē p̄-
dictā. ſicut non eſt etiā ipoſſi-
bile ꝙ aliquis ſcḋa vice fiat fi-
liꝰ Johānis. ſcꝫ ꝑ reſurrectio
nem: ⁊ tñ nō erit ſcḋa vice ge-
nitꝰ ⁊c. ¶ Tertꝰ caſus eſt. Po F
namꝰ ꝙ ꝑſona verbi nō dimit- 3. caſ.
tendo qḋ aſſūpſit tūc aſſumat
de nouo aliquā hūanitatem:
ſcꝫ Petri. ⁊ vocet illud diuinū
ſuppoſitū Petrꝰ. tūc pꝫ ſatis
ꝙ Petrꝰ ⁊ xp̄s ſunt vna ꝑſona:
⁊ ꝙ ieſus eſt xp̄s. ꝙ i xp̄o ſunt
due hūanitates ⁊ ꝙ pōt ſꝫ vnā
dormire ⁊ ſm aliā vigilare et
etiā ſm vnā eē albꝰ/ ⁊ ſm aliā
niger. ſm vnā mori ⁊ ſm aliā

viuere. ⁊ ꝙ hꝫ plures matres ⁊ ꝯriās ꝯplexões ſꝫ diuerſas hũanitates. ⁊ ſic ḋ alijs q̄ pñt duob⁹ hoib⁹ ꝯuenire ⁊ non re A pugnāt filio dei. ¶Sꝫ dubiū dubiũ eſt vtrū debeat ꝯcedi ꝙ xp̄s ē duo hoies vl' tres ſi aſſumeret tres hũanitates. Ad qḋ aliq̄ dicūt ꝙ ꝓprie loquēdo oporteret vti noua grāmatica dicendo ꝙ iſte xp̄s eſt vnus hoies. Sꝫ iſtud ē vanū dcm̄ ⁊ valde īpropa abuſio. q꞉ cū hō ſit nomē ſuppoſiti ⁊ xp̄s ſit vnū ſolū ſupp̄m: pꝫ ꝙ nō opꝫ dicē illḋ. Sꝫ dicēdū ē ꝙ vnic⁹ hō ſicut ē vnica pſona ita ⁊ vn⁹ hō ē hō ꝑ plēs hũanitates: ſꝫ nō ē vn⁹ ꝑ aliquā eaꝝ / ſꝫ ꝑ pſonā aſſumentē ⁊ ſuppoſitātē. vn̄ ſicut plures albedines ſi ponerent̄ in eodē ſubiecto nō facerēt niſi vnum album. ſic in ꝓpoſito.

B ¶Quart⁹ caſ⁹ ē. Ponam⁹ qḋ 4. caſ⁹ tres pſone diuie aſſumāt vnā ⁊ eandē naturā hũanā ſicut ḋ facto pſona ſ̄bi aſſumpſit eā: tunc querit̄ nunq̄d eſt vn⁹ hō Opio vl' tres hoies. Aliq̄b⁹ autē vı̄ Scoti ꝙ vnionē poſſe terminari ad tres pſonas p̄t itelligi dupl'r. Uno mō ꝙ eēntia exñs i trib⁹ ſit p̄m⁹ termin⁹ vnionis. Alio mō ꝙ tres pſone ſint p̄m⁹ termin⁹ vnionis. p̄rio mō ē poſſibile. ſcḋo mō nō. qḋ ſic ꝓbat̄. q꞉ in omi depēdētia eſſentiali vnū nō dependet niſi ad vnuꝫ qḋ total'r ei⁹ depēdētiā terminat pꝫ hoc i dependentia effect⁹ cauſe efficientꝭ ad cām. q꞉ vnuꝫ cauſatuꝫ nō dependet a duab⁹ cauſis totalib⁹ i eodem gñe cāe. q꞉ ſi ſic tunc aliq̄d dependeret tanq̄ cā ab aliquo quo nō exñte nihilomin⁹ ip̄m poſſet eſſe. Sꝫ in ꝓpoſito vna pſona total'r ⁊ ſufficienter termiat dependentiā ſicut ꝓpria pſonalitas in ꝓpria ſpecie terminaret. ḡ nulla alia perſona p̄t eſſe p̄im⁹ termin⁹ hui⁹ dependentie. ¶Sꝫ his nō obſtā C tib⁹ dico ꝙ eadeꝫ natura hũa Opio na p̄t vniri tribus pſonis. ita doct. ꝙ a q̄libet dependeat equal'r ⁊ eodem mō ſicut nunc dependet a v̄bo. Pꝫ q꞉ nō implicat ꝯdictionem pluſq̄ ꝙ vna eadem albedo ſubſiſtat i tribus ſubiectis. ¶Scḋo dico ꝙ ꝑ illā eandem naturā vnitā ille tres pſone ſunt tres hoies et nō vnus hō. Pꝫ q꞉ q̄libet pſona eſt hō / ⁊ vna non eſt alia. Nec debet haberi ꝓ difficili ꝙ ꝑ eandem hũanitatem ſint tres hoies pluſq̄ ꝙ ꝑ eādē albedinem ſi eſſet in tribus hoibus eſſent tres homies albi. ¶Tertio dico ꝯ aſſumptum illius opiniõis ꝙ nō eſt inconueniens ꝙ idem effectus habeat duas cās totales: q꞉ poſſibile eſt ꝙ ſint due cāe approximate paſſiuo diſpoſito quarū vtraq̄ nata eſt cāre formā ſub eodem gradu. ſicut ſi duo ignes eiuſdeꝫ vigoꝝ approximēt / paſſiuo diſpoſito equal'r idē effect⁹ nūero cāb̄r ab vtroq̄: ſil'r idē effect⁹ p̄t depēdē a duab⁹ cāis finalib⁹ totalib⁹ ḡ ⁊ efficientib⁹. ꝯña tꝫ. añs pꝫ: q꞉ aliq̄s p̄t equal'r appetē duos fines: ⁊ eq̄l'r moueri ad faciēdū aliq̄d ꝓp̄r illos fines. ⁊ ſic ꝑ quemlibet eoꝝ ſufficient̄ mouet̄ ⁊c. ¶Quarto dico ſe D qui ex p̄dictis. ꝙ lꝫ in hoc ca

ſu nō ſit ꝯcedendū ꝙ aliq̇s hō
eſt tres hoies. tñ pōt ꝯcedi ꝙ
aliqua res eſt hō/⁊ illa ē tres
hoies. Primū ptꝫ: qꝛ nec pa-
ter/nec filiꝰ/ nec ſpūſſctūs eſt
tres hoies. Scōm pꝫ: qꝛ ſicut
dicit pmū correlariū ſeptime
ꝓpōnis: pōt ꝯcedi ꝙ ip̄a diui
nitas eſt hō: ⁊ illa eſt tres ho-
mines. cū ſit tres ꝑſone. Sed
ꝯ hoc dictū eſt nullā naturaꝫ
humanā poſſe ſubſiſtere in tri
bus ſuppoſitis: qꝛ ois natura
ſic ſubſiſtēs in tribꝰ ꝑſonis eſt
neceſſario illimitata ſicut na-
tura diuia. nō eſt aūt illimita
ta natura hūana. igit. dico ꝙ
illimitatio nō facit plꝰ ꝙ vna
natura numero poſſit ſubſiſte
re i tribꝰ ſuppoſitiſ ꝙ̄ limitatio
ſꝫ ꝙ vna natura ſic ſubſiſtat in
tribꝰ ſuppoſitis ꝙ ip̄a ſit illa
tria ſuppoſita hoc ſolum tene
mus de natura illimitata. ſ. d
natura diuina: nō ꝓpt illimi-
tationē/nec ꝓpt aliā rōneꝫ ſꝫ
ꝑ ſolā fidē. nec ē euidēs vtrū
ita poſſit eē de alia natura ⁊c.
C 5. caſꝰ ¶ Quitus caſus ē. ponamꝰ ꝙ
xp̄s nihil dimittēdo qd iā aſ-
ſumpſit: nūc aſſumat matrem
ſuam. vl' magis ꝓp̄e loquēdo
hūanitatem mrīs ſue. ⁊ vocet
illd ſuppoſitū maria Non eñ
ꝓp̄e loquēdo verū ē ꝙ xp̄s poſ
ſit aſſumē matrē ſuā. niſi itel-
ligēdo ꝙ poſſit aſſumē hūani
tatē q̄ fuit mr ſua: ſꝫ xp̄s nō ē
illa hūanitas: ⁊ ꝑ ꝯñs nec eſt
mr ſua. Et iō ſi hec ē vera xp̄s ē
maria hoc ē ex noua ipōne no
mis. qꝛ nō ē illa maria q̄ fuit
mr ſua: ſicut nō eſt illa hūani-
tas q̄ fuit mr ſua. poſſumꝰ tñ
ꝯcedē ꝙ xp̄s ⁊ maria ſunt vna
ꝑſona: ⁊ ꝙ xp̄s ē vir ⁊ femia.
ſꝫ tūc i caſu iſto dubiū ē. vtrū
ſit ꝯcedendū ꝙ xp̄s genuit ſe.
cū illa hūanitas genuit xp̄m.
Ad qd dico ꝙ nō. imo demon
ſtrato xp̄o hec ē neganda hec
maria peperit xp̄ꝫ. Sꝫ hec hu
manitas q̄ fuit vgo maria pe-
perit xp̄m. Et hoc ſatis ptꝫ.
¶ Sextꝰ caſꝰ ē. ponamꝰ ꝙ xp̄s D
aliqueꝫ genuerit ex feia ſicut 6. caſꝰ
potuit ſine pctō: qꝛ ñ erat ſub
ditꝰ legi ꝯtinētie. ⁊ ip̄ꝫ aſſum-
pſit/⁊ vocet illd ſuppm̄ petrꝰ
tūc pꝫ ex dictiſ ꝙ xp̄s ē petrꝰ.
Sꝫ tūc dubiū ē vtꝝ xp̄s ſit pr
petri: Rñdeo ꝙ ſi illa hūani-
tas ſcḋo aſſūpta fuit hō añ eiꝰ
aſſūptōeꝫ: pꝫ ſolo ex cāu ime
diate p̄cedēte. ſ. ꝙ xp̄s mō eſt
pr petri Vñ ſi xp̄s mō aſſume
ret duos hoies: ſiue hūanita-
tes duoꝝ hoiꝫ. queꝝ vnꝰ eēt
pr ⁊ alt filiꝰ. fctā aſſūptōne/⁊
dmōſtrato illo ſuppoſito. ip̄ꝫ
nō ē ille pr nec ille filiꝰ vt ſatiſ
pꝫ ex dictiſ. ſꝫ ſi xp̄s aſſūpſerit
hūanitatē ꝓprij filij ab iſtāti
ſue ꝯceptōis ita ꝙ hec hūani
tas nō fuerit aſſumpta poſtꝙ̄
fuit hō tūc auget difficultas.
Et dico ꝙ i iſto cāu opꝫ ꝯcedē
ꝙ petrꝰ eſt filiꝰ xp̄i. ⁊ ꝑ ꝯñs ꝙ
eadē ꝑſona ē pr ⁊ filiꝰ ſui ⁊ re-
ſpectu ſui vt ptꝫ ⁊c. Sꝫ ꝯ hoc E
vr eē Aug. j. de tri. reputās ꝓ
euidēti ꝙ idē nō p̄t' gn̄are ſe.
Ad qd dico ꝙ i ꝓpoſito xp̄s ñ
eēt pr ⁊ filiꝰ ſm eādē naturā:
ſed ſm vnā naturā hūanā eēt
pr: ⁊ ſm aliā filiꝰ. impoſſibile
ē aūt ꝙ idē ſit pr ⁊ filiꝰ reſpe-
ctu eiuſdē. ſeu ꝙ idē gignat ſe
ſm eādē naturā Et hec ē intē
tio Aug. qñ reputat euidens

argm̄ ad ꝓbandū diſtinctiõez
pſonarū in diuinis. qꝛ deꝰ eſt
pr̄ ⁊ deꝰ eſt filiꝰ. ⁊ ipoſſibile ē
ꝙ idē giḡt ſe .ſ. ſm eandē na-
turā in diuinis: vbi nõ eſt plu
ralitas naturaꝝ diuinarū bñ
valet argm̄ ſuū. ⁊ ſic pꝫ ꝓpm̄.
A ⁊c. ❡Ex oībus ſupradictꝭ ſe-
quunt̄ aliq̄ ꝓpões. Primo ſe-
quit̄ ꝙ aliq̄s hõ fuit ab eter-
no: q̄ tñ incepit eē hõ. Pꝫ de
xp̄o qui dicit Joh. viij. anteq̄ȝ
abrahã fieret ego ſum ⁊c. Se
cūdo ſequit̄ ꝙ aliq̄s hõ nõ p̄t
nõ eē: ⁊ tñ pōt eē ꝙ nullus ſit
hõ. Pꝫ: qꝛ xp̄s hõ non p̄t nõ
eſſe. licet poſſit nõ eſſe homo.
hec tñ eſt poſſibilis / nullꝰ eſt
homo. ⁊ eſſet vera ſi deꝰ ãni-
chilaret oēm hũanitatē. Ter
tio ſequit̄ ꝙ hec ꝯñia nõ valꝫ
deus factꝰ eſt hõ: ergo homo
factus eſt deꝰ. qꝛ ꝯñs eſt fal-
ſum ⁊ añs verum. vt faciliter
pꝫ. nec eſt ibi ꝯuerſio. ſed de-
bet ꝯuerti. ergo (qđ factū eſt)
homo eſt vl' fuit deꝰ. Quarto
ſequit̄ ꝙ hec ꝯñia non valet:
deus factꝰ eſt homo: ergo fa-
ctus eſt aliq̄d vel ſubſtantia.
qꝛ ly factū includit negatio-
nem. ⁊ ab inferiori ad ſuperiꝰ
cū negatione non valet ꝯñia
Multa autē poſſent inferri ꝑ
logicā ſupradictis. Sed hec
ſufficiūt bene intelligentibus
ad reſpondēdū in materia de
incarnatione verbi. Et hec de
B p̄mo articulo ⁊c. ❡Quantum
.arti ad ſcđm articulū in quo vidē
culus dum eſt de x̄pi vnione gratifi
ca ⁊ collatione ꝟtutū. R̄ndeo
breuiter ꝙ lꝫ xp̄s ſiue aīa xp̄i
habuerit plenitudinē gr̄e / et
virtutē tantā ꝙ nõ potuit ha
bere maiorē: tñ dico cū mgr̄o
in hoc. iij. diſt. xxvj. ꝙ nõ ha-
buit fidē / ꝟtutē / nec ſpem. qꝛ
nõ enigmaticā: ſꝫ clariſſimā
habuit cognitionē ⁊ ꝑ ſpēm vi
debat ea q̄ credebat / vl' ſpera
bat: ſꝫ vt in ſequēti diſt. dicit
mgr̄. habuit charitatem / dile
ctionē tãtā qua maior eē non
p̄t. ⁊ ſic non habuit illas tres
ꝟtutes theologicas q̄ ponunt̄
in viatoribꝰ: ſꝫ habuit ꝑfectio
res. Sicut ēt dicēdū eſt de an
gelis ⁊ aliis btīs ꝯp̄hēſoribꝰ.
Sꝫ gr̄a huiꝰ vidēda ſunt ħ ali
qua đ p̄dictis tribꝰ ꝟtutibus
theologicis: de q̄bus mgr̄ tra
ctat in hoc tertio. Et p̄mo mo
uebo aliqua dubia cõia illis
tribꝰ ꝟtutibꝰ theologicis. Se
cunda aliqua ſpālia de ſpe.
Tertio aliqua de fide. ❡De C
charitate aūt ſatis dixi in pri 1. du-
mo libro. ❡Quãtū ad primū bium.
punctū erit primū dubiū vtꝝ
neceſſario ſit ponē tales tres
ꝟtutes theologicas in viato-
re. ⁊ videtur ꝙ nõ: qꝛ ꝓpter fi
nē cõſequendū ſufficit cogni-
tio ⁊ dilectio. igit̄ habitꝰ ex il
lis actibꝰ gn̄ati ſufficiūt. ſꝫ ta
les ſunt fides ⁊ charitas. igit̄
ſpes non eſt neceſſaria. Itē ſi
eēnt neceſſarie vl' hoc eēt ꝓpt̄
actū naturalē: vl' ſupnatura-
lē. ❡Non naturalē. qꝛ reſpe
ctu cuiuſlibꝫ talis ſufficit vir
tus naturalꝭ. nec ꝓpt̄ ſupnatu
ralē. qꝛ talis non eſt nobis in
via: ſꝫ naturalr̄ credimꝰ / ⁊ di
ligimꝰ Ad oppm̄ ē illđ apl'i. j.
Cor. xiij. Nūc aūt manent fi-
des / ſpes / charitas: tria hec. D
⁊c. igit̄ tres ſunt ꝟtutes diſti- Solõe
cte ⁊c. ❡Pro ſolutiõe huiꝰdi dubij.

eo ꝑtio ꝙ nō ꝑt ꝓbari rōe na-
turali ꝙ idigeam⁹ hitu ſupna
turali quocūq₃ ad ꝯſequendū
finē vltimū. Ptꝫ: qꝛ non ꝑt eē
rō naturalis ad ꝯcludēdū ta-
les habit⁹ niſi ꝑpter opatōes
ad q̄s inclināt. nam oēs habi
tus inoteſcūt nobis ꝑ opatio
nes. ſed oēs opationes quas
expimur mediātib⁹ habitib⁹
iſtis poſſum⁹ experiri mediā-
tib⁹ naturalib⁹. ptꝫ inductiue
Scdo dico ꝙ ex hoc qꝛ btitu-
do eſt hoī ꝯferēda ꝑpt meri-
ta nō ꝯcludit euidēter ꝙ ali-
q̄s habit⁹ ſupnaturalis ſit ho
mini neceſſari⁹. Ptꝫ qꝛ de⁹ ꝑt
aliquē acceptare in puris na
turalibus ad btitudinem ſine
quocūq₃ habitu ſupnaturali.
⁊ etiā reprobare ſine oi pctō.
ſicut patuit in. j. lib. Et ſic poſ
ſet de⁹ acceptare actū diligē-
di deum. ⁊ ꝯſilr actum credē-
di ⁊ ſperādi ſine q̄cunq₃ habi
tu ſupnaturali. q̄re ⁊c. ¶ Ter
E tio dico ꝙ reſpectu oīm actuū
quos habem⁹ vl' habere poſ-
ſumus. poſſum⁹ hre habitum
naturalē inclinantē: ꝓbat. qꝛ
nihil opꝫ negare vel ꝯcedi ni-
ſi vl' ꝑpter rationē / vl' experiē
tiā / vl' auctoritatē. ſed in pro-
poſito nullum iſtoꝝ cogit ne-
gare dictos habit⁹ naturales
Itē oīs act⁹ quē expimur i no
bis ē naturalis ⁊ a voluntate
efficiēte. q̄re ⁊ ſi ponat habi-
tus ſupnatural' ꝯcurrere: tñ
opꝫ ꝯcedere habitū naturalē
acq̄ſitum gñatuꝫ ex actib⁹ ⁊c.
Quarto dico ꝙ illi tres habi-
tus ſupnaturales ſunt nobis
neceſſarij de potētia dei ordi-
nata ad ꝯſequēdū btitudinē ⁊
hoc p̄ciſe tenet ꝑpter fidem ⁊
ſctoꝝ auctoritatē. Ad hoc fa-
cit rō poſt oppm. Rō aūt ſcda
pri⁹ fctā añ oppm ꝯcludit pri
mā propōem. pria autē rō ſol F
uetur inferi⁹ ⁊c. ¶ Scdm du- 2. dubium.
bium eſt de ordie iſtaꝝ ꝟtutū
ſcꝫ vtrū fides ſit prior ſpe / et
ſpes charitate eo ordine quo
aplꝯs eas nomiat. Et videt ꝙ
charitas ſit prior ſpe. qꝛ act⁹
charitatꝭ eſt prior / actu ſpei.
nā act⁹ diligēdi p̄cedit actum
deſiderādi. null⁹ ei deſiderat
niſi deſideratū prius diligat.
igit ⁊ hit⁹ ⁊c. Oppm. qꝛ aliq̄s
hꝫ ſpem / vl' hrē ꝑt ſine chari-
tate: nō ecōuerſo igr ⁊c. ¶ Ad G
hoc dico ꝙ iſte ꝟtutes ſiml' in Solu.
fundunt. tñ ſpes ē prior ordi-
ne charitate. Et qñ dr ꝙ act⁹
charitatꝭ eſt prior: dico ꝙ du
plex ē amor / ⁊ ita duplex act⁹
Eſt ei amor amicitie: ⁊ amor
ꝯcupiſcētie. Act⁹ amorꝭ ami-
citie ē act⁹ charitatꝭ. ⁊ actus
amoris ꝯcupiſcētie ē act⁹ ſpei
Sed act⁹ amorꝭ amicitie p̄ſup
ponit actū amoris ꝯcupiſcen
tie. q̄re ⁊c. ¶ Tertiū dubium H
eſt vtrū corruptꝭ habitib⁹ ſu- 3. dubium.
pnaturalib⁹ poſſint habit⁹ na
turales remanere. vr ꝙ non:
qꝛ deſtructa charitate null⁹
pōt diligere deū ſup oia. eodē
mō vr de alijs. Rñdeo ꝙ habi
tus naturales pñt manere ha
bitibus ſupnaturalib⁹ deſtru
ctis. tñ de alijs ⁊ alijs diuerſi
mode eſt dicēdū. qꝛ habit⁹ na
turalis corrñdens charitati
ꝑt manere deſtructa charita-
te infuſa de potētia abſoluta.
nō de potētia ordīata: qꝛ de⁹
ordinauit ꝙ qñ aliq̄s diligit

deũ ſup oia ꝙ tũc mereaꝶ hẽ
charitatẽ ifuſã ⁊ de⁹ eã ſtatiʒ
infũdit. ſʒ fides ⁊ ſpes acq̃ſita
pñt bñ mãere ſñ ifuſis q: ita l
tẽſe pt vn⁹ pagan⁹ credeꝶ ſic̃
xp̃ian⁹ hʒ fidẽ acq̃ſitã ſi tñ pt
deũ ſup oia diligẽ niſi hita ca
ritate ⁊ fide ifuſis. q: iſti ſil' i=
A funduꝶ. ⁊c. ¶ Quartũ dubiũ ẽ
4. du= de ꝯpoſſibilitate iſtoꝝ hituũ
bium. cũ alijs: ⁊ ẽ ſpãl' difficultas de
fide vl' ſpe vtꝝ vel quõ ſtẽt cũ
ſcia vl' clara viſiõe. Circa qđ
ſciẽdũ ẽ ꝙ ꝯpoſſibilitas iſtoꝝ
pt itelligi tripl'r Uno mõ q̃ṫũ
ad hitũ vni⁹ ⁊ actũ alt'i⁹ Scđo
mõ q̃ṫũ ad act⁹ vtriuſq̃. Ter
tio mõ q̃ṫũ ad hit⁹ vtriuſq̃. di
co ḡ p'o ꝓ p'o mõ ꝙ gñal'r
null⁹ act⁹ repugnat hitui. ⁊ iõ
hit⁹ fidei pt ſtare cũ actu ſcie
vl' clare viſiõis. pꝫ. q: nõ ẽ ma
ior: nec appet tãta repugnan
tia iter iſta q̃ṫa vꝶ eẽ inꝶ actũ
errãdi ⁊ hitũ ſcie circa eãdeʒ
ꝯcluſionẽ. ſʒ iſta pñt ſil' ſtare.
qđ pꝫ: q: ponam⁹ ꝙ qs habue
rit demõſtrationẽ alicui⁹ ꝯcl'o
nis ⁊ mõ non recordeꝶ de hoc
iſte pt elicere circa illã ꝯcl'o=
ne actũ dubitãdi vl' errãdi. et
tñ adhuc hʒ hitũ ſcie q: ẽ ma
gis inclinat⁹ ad actũ ſciẽdi q̃
erat ante habitũ. et eodẽ mõ
põt argui de actu intẽperãtie
et habitu tẽperãtie. ⁊c. Scđo
certo ꝙ p̃dicti habit⁹ ſaltẽ ſub
dico gradu nõ repugnãt inꝶ
ſe ſuppoſito etiã ꝙ act⁹ repu=
gnarẽt. Pꝫ. q: ſi pl⁹ repugnat
hit⁹ fidei hitib⁹ ſcie vel clare
viſiõis q̃ actib⁹ eaꝝ ex q̃ act⁹
ſũt gñatiui hitus: ſʒ habit⁹ fi
dei non repugnat illis actib⁹
vt probatũ eſt. Tertio dico ꝙ
dubiũ eſt: ⁊ eſt ꝓbleuma neu=
trum: vtrũ illi act⁹ repugnent
aut vtrũ ſiml' ſtare poſſint: ſeu
de facto ſimul ſtent: q: eque
ꝓbabil'r põt ſuſtineri vna ps
ſicut alia. Quarto dico ꝙ tñ
dicta ſctoꝝ magis videnꝶ ſo=
nare ꝙ nec habit⁹: nec actus
ſtent ſiml' Uñ ꝯcedũt ꝙ chari
tas tñ manet in pt̃ia: ⁊ fides
⁊ ſpes non manẽt cũ clara vi
ſione. Et hoc idẽ ꝯcedo ꝓpter
auctãtes ſctoꝝ: ⁊ nõ ꝓpꝶ aliã
rõnem: ⁊ ẽt de xp̃o. vt in p'ci
pio hui⁹ articuli dixi. Circa ſe B
cũdũ pũctũ eſt p'mũ dubiũ de
ſpe quõ diſtiguaꝶ ab alijs v̄tu
tib⁹ ſicut ipẽ diſtigunꝶ iter ſe.
Nã ad ꝯſequẽduʒ finẽ ſufficit
noticia ⁊ amor: ſʒ ad cognitõ
nẽ ſatꝫ iclinat fides ⁊ ad amo
rẽ charitas. et ſi dicaꝶ ꝙ ſpes
requiriꝶ ad actũ deſiderij: q:
opꝫ illud qđ crediꝶ ⁊ amaꝶ ẽt
deſidereꝶ. Contra: non videꝶ
aliq̃d req̃ri ad ꝯſequẽdũ finẽ t
niſi ꝙ oñdaꝶ obiectũ diligibi
le tanq̃ poſſibile a nobis ha=
beri. ⁊ ſic ḋ alijs circũſtãtijs ⁊
ꝙ tũc illud ameꝶ a nobis. Sʒ
ad hec ſufficiũt fides ⁊ chari=
tas. igitur ⁊c. Dico ad hoc ꝙ
ſpes ⁊ fides ſũt v̄tutes iter ſe
⁊ ab alijs diſticte: q: qñ aliq̃
ſunt iter ſe ſepabilia illa inter
ſe diſtigunꝶ: ſʒ ſpes ⁊ alie v̄tu
tes theologice ſunt hmõi. q:
aliq̃s põt credere ⁊ nõ ſpera=
re. ſicut pꝫ in deſperantib⁹ ſi
militer qs poteſt amare ⁊ nõ
ſperare ſicut in patria. ſimili=
ter aliquis poteſt ſperare ſe
habiturum beatitudinẽ: ⁊ tñ
non diligere charitatiue: ſi=
cut patet in multis pctõrib⁹.

C ¶Igitur ⁊c. Scd'm dubiū eſt qđ ſit obiectū ſpei. ⁊ q: de⁹ videtur eē obiectū cuiuſlibʒ virtutis theologice. tūc ē dubiū quō obiectū idez pōt eē iſtaꝝ triū virtutū. Et ſi ſic iterū eſt dubiū quō ſint diſticti habit⁹ maxime cū vn⁹ habitus ſufficiat reſpectu intellect⁹. alius reſpectu volūtatis. R̄ndeo ꝙ obiecta iſtarum virtutū imediata ſunt diuerſa complexa. Nā obiectū fidei eſt hoc complexū: oīe reuelatū a deo eſt veꝝ: eo mō quo reuelaṫ a deo obiectū aūt ſpei eſt ꝙ btitudo eſt nobis ꝯferenda a deo ꝓpṫ merita. obiectū aūt charitatꝭ eſt hoc cōplexū. de⁹ eſt diligēdus: ⁊ oīe qđ deus vult diligit a nobꝭ charitatiue ⁊c. Sʒ tunc ē inſtātia ꝺ obiecto ſpei: ⁊ lʒ virtutū theologicaꝝ de⁹ ſit p̄ncipale obiectum: t̄n non creatura vt videṫ. beatitudo autē eſt creatura. q̄re ⁊c. R̄ndeo ꝙ lʒ de⁹ ſit obiectū mediatū cuiuſlibet virtutis theologice: t̄n hoc complexū eſt imediatū obiectū ſpei. ſcʒ viſio ⁊ fruitio diuina/ ſiue btitudo ē homini ꝯferenda ꝓpter merita. Quod credo ſic eſſe intelligendū: ꝙ btitudo hoi ꝯfereṫ: ſi ꝺm legem dei meritorie ope-

D tur. qđ patebit inferi⁹. ¶Tertium dubiū eſt in qua potētia ponenda ſit ſpes: ⁊ q̄s ſit eius act⁹. Nam in intellellectu nō apparet eſſe alius actus credendi: qui eſt actus fidei. in volūtate aūt non: niſi actus amādi q̄ eſt actus charitatis ⁊ actus volendi: q̄ nō eſt act⁹ ſpei: vt patet. ⁊ actus deſiderādi q̄ etiā non eſt actus ſpei. q: pōt eē i deſperātib⁹ ⁊c. Ad hoc dico ꝙ act⁹ ſpei ē volitio et deſideriū efficax: q̄ q̄s ſtati oſtēſo p fidē ꝙ btitudo eſt ſibi ꝯferenda ꝓpṫ merita ſtati elicit efficaciṫ actū deſiderij meritoriū q̄ nō pōt eē in deſperātib⁹. Un̄ deſideriū eſt duplex. vnū eſt reſpectu poſſibiliū q̄n aliq̄s efficaciter deſiderat aliqđ tāq̄ poſſibile haberi ab eo ⁊ illud nō ē i deſperātib⁹. aliđ reſpectu ip̄oſſibiliū: ſcʒ q̄n aliquis deſiderat aliq̄d ⁊ credit illud ſibi eſſe impoſſibile ⁊ illđ pōt eſſe in deſp̄antib⁹: ſʒ quomodocūq̄ ſit talis act⁹ ē in voluntate. ⁊c.

E ¶Quartū dubiūʒ eſt cū fides ⁊ charitas iclinēt ad actū ſpei quō poſſunt eē ꝟtutes diſtincte ſiue habit⁹ diſtincti a ſpe. R̄ndeo ꝙ ſicut reſpectu actus ſciēdi pōt eē duplex habitus quoꝝ vn⁹ inclinat ad actū ſciēdi mediate. ſ. habitus principioꝝ. ¶Alius immediate. ſ. habitus ꝯcluſionis: ⁊ i talib⁹ primus habitus pōt haberi ſine ſcđo. Un̄ habitus principioꝝ nō inclinat ad actū ſciēdi ꝯcluſionē niſi quatenus eſt cauſa ſui actus. qui actus cū potētia intellectiua eſt cauſa ſciēdi ꝯcluſionē imediata ⁊ partialis. Et ideo iclinat mediate quaten⁹ eſt cauſa cauſe. ⁊ q: act⁹ ille p̄ncipiorū cū intellectu ſufficiēter iclinat ad actū ſciēdi ꝯcluſionem iō nō pōt haberi ille act⁹ ſine ſcientia: ſʒ ille act⁹ ſciēdi poſt cauſat⁹ ex actu coḡſcēdi principioꝝ ⁊ itellectu immediate cauſat habitum ſcientie. qui

poſtea cũ intellectu ſine actu
vel habitu principiorũ põt in=
clinare ad actũ ſciẽdi imedia
te q̄ actꝰ ſunt gñatiui ⁊ augmẽ
tatiui habitꝰ ſcie iclinãtis ad
ſciẽdũ ↄcluſionẽ imediate. q⁊
habitus ille imediate ſicut cã
partialis cauſat actum ſciẽdi
illã ↄcluſionẽ. Et ſicut primꝰ
actꝰ ſciendi põt eſſe/vel cauſa
ri ſine habitu ſciẽtie ⁊ hoc vir
tute actus cognoſcẽdi princi=
piorũ. ita poſt habitũ ſcie ge=
neratũ põt q̄cunq; actꝰ ſciẽdi
cõcluſionẽ eandẽ eſſe ⁊ cãri ſi=
ne habitu principiorũ ⁊ actu.
Sic ergo eſt i dictis habitibꝰ
theologicis ita ꝙ habitꝰ fidei
et charitatis inclinãt ad actũ
primũ ſpei mediate: q⁊ mediã
tibꝰ actibꝰ ſuis credendi ⁊ di=
ligẽdi. q⁊ qñ credo aliq̄d mihi
poſſibile ⁊ diligo illud/tũc illḋ
efficaciter deſidero ita ꝙ ſtati
ex illo in opatione meritoriã
ꝓcedo: ⁊ tunc põt primꝰ actꝰ
ſpei hẽri ſine habitu ſpei acq̄=
ſito: ſed poſt ex illis actibꝰ ge
nerat̃ habitꝰ imediate iclinãs
ad actũ ſpei: q⁊ oĩs habitꝰ eſt
cauſa imediata ſui actꝰ. Et ſic
põt poni ꝙ ſicut duplex eſt fi=
des ⁊ charitas: ſcꝫ acq̄ſita ⁊ i=
fuſa ita ⁊ ſpes. ⁊ ṗter iſtos ha
bitus acq̄ſitos ſũt aliȷ̃ habitꝰ
alterꝰ rõnis ab iſtis. ſ. infuſi.
ſi ei eẽnt eiuſdẽ rõnis fruſtra
ponerent̃: q⁊ tunc habitꝰ acq̄=
ſiti eis corñdẽtes ſufficerẽt.
A ¶ Iſtis ĝ dictis licet pateat
quis ⁊ q̄lis ſit actꝰ ſpei: tñ ad
hoc difficile ẽ videre quõ actꝰ
ſpei diſtinguant̃ ab aliȷ̃s duo=
bꝰ. ſ. ab actibꝰ credẽdi ⁊ diligẽ
di cũ ambos includat. Ad qḋ
dico ꝙ illos icludit. id eſt pre
ſupponit mõ ſupradicto: tñ ẽ
vnꝰ tertiꝰ actꝰ diſtinctꝰ ab eis.
hoc tñ nõ eſt euidẽs: imo op=
poſitũ poſſet ꝓbabilr̃ dici. q⁊
re ⁊c. ¶ Circa tertiũ pũctũ eſt B
primũ dubiũ de fide. Utrũ ſit
tm̃ vna fides acq̄ſita ſicut vna
ſpes ⁊ vna charitas Ad hoc di
co primo ꝙ q̄libet articulꝰ hꝫ
fidẽ acq̄ſitã. ptꝫ. q⁊ aliq̄s põt
habere fidẽ acq̄ſitã circa vnũ
articulũ ⁊ nõ circa aliũ imo er
rare circa aliũ ſicut ptꝫ de he=
reticorꝫ ⁊c. ¶ Scḋo dico ꝙ fides
acq̄ſita vniꝰ articuli differt a fi
de acq̄ſita alterꝰ nõ ſolũ nũe
ro: ſꝫ ſpẽ. patꝫ. q⁊ qñ aliq̄d cui
repugnat vnũ ↄtrariorũ ſtat cũ
reliq̄ illud qḋ ſibi repugnat et
ipm neceſſario differt ſpẽ Uer
bi gr̃a dulcedo i lacte cõpatit̃
albedo ⁊ nigredo nõ ſtat cũ ea
ſic igit̃ dulcedo ⁊ nigredo dif=
ferũt ſpẽ pꝫ etiã ꝑ rõnẽ: q⁊ qñ
aliq̄ ſunt eiuſdẽ ſpẽi q̄cq̄d for
malr̃ repugnat vni ⁊ alti. ⁊ q̄c=
quid ſtat cũ vno ſtat cũ altero
ptꝫ de duabꝰ albedinibꝰ. ſꝫ fi=
des acq̄ſita circa vnũ articulũ
ſtat cũ errore circa aliũ: ſꝫ nõ
circa eundẽ. ĝ circa vnũ fides
acq̄ſita ⁊ circa aliũ ſunt diſtin
cte ſpẽ. Et iſtud eſt argumẽtũ
gñale ad ꝓbãdum diſtictionẽ
ſpecificã. ¶ Scḋꝫ dubiũ ẽ vtrũ C
ſit tm̃ vna fides ifuſa reſpectu
oĩm articulorũ ſicut vna chari
tas reſpectu oĩꝫ diligẽdorũ ⁊c.
Ad hoc põt varie rñderi Uno
mõ ꝙ fides ifuſa hꝫ aliq̄ḋ cõ=
plexũ ꝓ obiecto imediato qḋ
põt eẽ ꝑmiſſa ad iferẽdũ que=
libꝫ articulũ fidei i ſpãli. ⁊ eſt
illud oẽ reuelatũ a deo eſt ve=

rum ꝛc. pone exēplū. Uñ ſicut illud ꝯplexum eſt principium inferēdi quēlibet articulum ĩ ſpāli ſic habitꝰ fidei ĩfuſe cuiꝰ illud eſt obiectū imediatū ĩcli nat mediate ad actū elicitum circa quēlibet articulū virtu- te illiꝰ cōplexi. Nō ſic tñ ꝙ ille habitꝰ ſufficiat cū ĩtellectu eli cere actū credēdi circa articu luꝫ ĩ ſpāli: imo nec ad actū cre dēdi illō pͥcipiū qđ eſt ſuū ĩ mediatū obiectum ſicut. ptꝫ ĩ puero baptiſato q̄ hꝫ fidē ĩfuſā ꝛ tñ nullū actū pōt elicere ſine fide acqſita. Ex hꝭ pꝫ quō ea dē fuit fides ĩ antiqͥs pr̄ibus ꝛ modernis. qꝛ alio mō in ſpāli credebant ꝛ alia credibilia q̄ nos. imo aliqͥd credebant qđ nūc eſt falſum. Credebāt eñ de futuro. nos de p̄terito po- ne exēplū ꝛc. Uñ tūc non fuit ꝓprie loquēdo idē articulꝰ de natiuitate xp̄i q̄ mō. ꝛ tñ non obſtāte iſta diuerſitate fuit in eis ꝛ ĩ nobis vna fides in ſpē. qꝛ idē ꝯplexū fuit obiectū ime diatū fidei eoꝝ ꝛ nr̄e ꝛc. ¶ Se- cundo ex his ptꝫ quō nō repu gnat ꝙ aliqͥs hēat demōſtra- tionē ſiue ſciam ꝛ tñ non ꝑdat fidē infuſam. Quis ꝑdat fideꝫ acqſitā ſicut aliqͥs pōt habere fidē circa pͥcipium ꝛ noticiā euidētē circa ꝯcluſionē. ſ. ꝑ ex perientiā. nō tñ pōt ſimul hr̄e fi dē acqſitā circa ꝯcluſionē ꝛ no ticiā euidētē. Uñ aliqͥs pōt ha bere fidē ĩfuſā circa iſtud ꝯple xū oē reuelatū ꝛc. ꝛ tñ habere ſciam reſpectu vniꝰ articuli in ſpāli vt ſatis. ptꝫ. ꝛc. Alio mō pōt rn̄deri. ꝙ nō eſt ĩcōueniēs ꝙ multoꝝ effectuū ſpē diſtin- ctoꝝ ſit vna cā equiuoca. ſicut ptꝫ de ſole reſpectu hoīs ꝛ aſi- ni. Et ſic fides ĩfuſa tāq̄ cā eq̄ uoca ĩclinat imediate ad actꝰ credendi oīm articuloꝝ diuer ſos ſpē: ꝛ tñ nō ĩclinat ad actū vnū circa oēs. qꝛ non inclinat niſi mediāte fide acqſita: q̄ eſt diuerſa ſpē reſpectu diuerſoꝝ articuloꝝ. Nā qͦt ſunt articuli tot ſunt fides acqſite ꝛ actꝰ ſpē diſtīcti ꝛc. Nec eſt ĩconueniēs ꝙ deus cauſet ĩ intellectu via toris habitū fidei ĩfuſum ĩcli- nātē imediate ad credēdū ōs articulos fidei ſuppoſita fide acquiſita reſpectu vniuſcuiuſ- q̄. Sed vtrum ĩclinet ad cre- den dū oēs vno actu ꝓbabiliꝰ videt̄ ꝙ nō vt dictū eſt: tñ neu tra ps ē euidēs. ¶ Si ꝟo obij- ciatur q̄rendo quō pōt ſalua- ri vnitas fidei reſpectu ꝯclu- ſionū oppoſitaꝝ: ſcꝫ Xp̄s mo- rietur ꝛ xp̄s non morietur: qꝛ cum habitus naturaliter incli net ſic ĩclinat ad actum ſuū ꝙ non ad oppoſitum. Apl'i autē ante paſſionē credebāt illud complexuꝫ xp̄s morieť. ꝛ poſt illud xp̄s non morietur: ꝛ tñ ꝑ eandem fidem. Reſpondeo ꝙ fides acquiſita reſpectu vtri- uſq̄ complexi eſt alia ꝛ alia: ſꝫ infuſa eadē. Nec eſt inconue- niens ꝙ cā naturalis concur- rendo cum alia ꝛ alia cā par- tiali habeat effectus contra- rios ſicut calor cū humido ra dicali ꝯſeruat ꝛ ꝯfortat. et ſi- ne humido vel cū humido nō naturali corrumpit ꝛ ꝯſumit. Sic etiā fides infuſa cum fide acquiſita ĩclinat aliquādo ad iſtam chriſtus morietur. ꝛ ali

quando ad iſtam chriſtꝰ mor-
tuus eſt et non morietur. ſed
cum alio habitu vel actu acq-
ſito. Eodem modo poteſt dici
de primo obiecto ſpei q̃ aliqđ
complexum eſt eius obiectũ
immediatum: et mediãte illo
inclinat ad alia obiecta ſecũ-
daria ſpei. Et eodẽ modo etiã
de charitate/ ꝙ obiectum
eius primum eſt aliquod com
plexum. ſcilicet deus: ⁊ omne
quod deus vult a me diligi eſt
a me diligendum: et medians
te illo tanꝗ̃ principio partia-
li inclinat charitas ad diligẽ-
dum proximum mediate. vel
poſſumus dicere ꝙ immedia-
te inclinat ad omnia diligibi-
lia charitatiue Unde ſi diligã
deum et omne quod vult a me
diligi. et poſt conſtet michi ꝑ
ſcripturam ꝙ vult inimicũ di
ligi a me: tunc charitas infu-
ſa inclinat ad diligẽdũ inimi-
cum mediante actu ſuo et cha
ritate acquiſita et voluntate
ſue vt cauſa mediata ſiue vt i-
mediata vtrunq̃ poteſt dici.
ſed ſi conſtaret ꝙ inimicꝰ eſſet
damnatus ſicut in patria cha
ritas inclinaret ad non diligẽ-
dum. et ſic eadem charitas in
via ⁊ in patria inclinat hic ad
diligendum et ibi ad oppoſi-
tum. ⁊c. Et hec de ſecundo ar
ticulo pro nunc. De tertio ar-
ticulo nichil ſpecialiꝫ tracta-
tur. quia ex dictis i primo ar-
ticulo. ⁊ per tres rationes an
te oppoſitũ patet ſatis pars
negatiua queſtionis.

¶ Et ſic eſt finis tertij
ſententiarum.

¶ Seq̃tur liber quartꝰ eiuſdẽ

Circa quartum
ſententiaꝝ. In cu
ius prima ⁊ ſcđa
diſtictionibꝰ mgꝛ
tractat i gñali de
ſacramẽtis. ⁊ de differẽtia ſa-
cramentoꝝ legis xp̃i/ ⁊ legis — Utrũ
Moyſi Quero primo iſtã q̃ō- — ex lege
nem. Utrũ ex lege xp̃i recepta — xp̃i ſit
ſit ſumma ꝑfectio ſacramẽtoꝝ — ſuma
Arguiꝛ ꝙ non Quia ſi ſic: hoc — ꝑfectõ
maxime eſſet: q2 ſacramẽta le — ſacro-
gis xp̃i ſũt cauſe effectiue gr̃e — rum.
ſicut videꝛ innuere mgꝛ ꝑ hoc — 1. argũ
ponẽs differẽtiã in littera in-
ter ſacramẽta legis xp̃i: ⁊ ſa-
cramẽta legis moyſi. Sꝫ hoc
nõ valet/ qđ probo tripliciter
Pͥo q2 ſꝫ Auguſtinũ. lxxxiij.
queſti. q. liij. Soli deo ↄuenit
aĩas illuminare. ſ. ꝑ gratiam
Igiꝛ nichil aliud a deo põt ef- — 2. argũ
ficere gratiã. quare. ⁊c. ¶ Se
cundo gratia creatur in aĩa.
q2 licet ꝓducatur in ſubiecto
non tñ ex ſubiecto. q2 creatu-
ra creare non poteſt. Nã hoc
ſoli deo conuenit ſꝫm Auguſti
nũ. iij. de trini. ca. vij. et alijs
multiſ locis. igꝛ. ⁊c. ¶ Tertio — 3. argũ
quia ſuppoſito ꝙ ſacramẽta le
gis xp̃i efficerẽt gratiã: tamẽ
ꝓpter hoc non cõcluderetur
ipa eẽ ꝑfectiſſima ſeu ꝑfectio
ra ſacramẽtis legis antique.
Nam magiſter in littera diffi
nit generaliter ſacramẽtũ: qđ
eſt inuiſibilis gr̃e viſibilis for
ma. ita vt eius ſimilitudinẽ ge
rat et cauſa exiſtat. qđ nõ põt
intelligi niſi de cauſa efficiẽte.
vt patet inductiue. igiꝛ ſacra-
menta legis antique ita bene
ſũt cauſe effectiue gratie ſicut

ſacramēta legis xpi noue. ⁊ ꝑ ↄñs ſeqtur ꝓpoſitū. ⁊c.

In oppoſitū

¶ Oppoſitum argr̄ ex lege ꝑfectiſſima recepta ſūt ꝑfectiſſima ſacramēta: ſꝫ lex xpi noua ē ꝑfectiſſima. igr̄. ⁊c.

Deciſio queſtiōis.

¶ In iſta qõne ſicut ⁊ in oib⁹ ſequētib⁹ erūt tres articuli. ex qbus patebit qõ. Prim⁹ erit iuxta materiā primi argumēti. Utrū ſacramēta legis noue habeāt cauſalitatē effectiuā reſpectu gratie Scðs erit iuxta materiā ſcði argumēti. Utruꝫ poſſe creare ſimplr̄ repugnet creature Tertius erit iuxta materiā tertij argumēti. Utrū ſacramēta legis noue ſint ꝑfectiora ſacramētis legis antiq. ⁊c.

B
1. articulus.

¶ Quātū ad pmū articulū ponā tres ↄcluſiões rñſales. Quarū pria eſt ꝙ nullū ſacramētū dꝫ ꝓpt hoc dici cā effectiua gr̄e qr in ipo ſit aliqua vt⁹ ſpūalis q ſit ei principiū agendi inquātuꝫ eſt inſtrumētū diuine mie: ⁊ ꝑ quā ipſum ſit cauſa caracterꝭ vel ornat⁹/ aut cuiuſcūq alteri⁹ diſpoſitiōis in aīa ad gratiā pūie.

C
Opīo thoe.

¶ Iſta ↄclo eſt cōtra ſanctū Thomā. ꝓ cuius intellectu eius opinio pōt hic ſub quattuor dictis breuiter recitari. Primo ei dicit ꝙ oēs ponere cogūtur ſacramēta noue legis eſſe aliq mō cauſas gr̄e. tam ꝓpter auctoritates ſctōrū/ ſicut eſt illa Auguſtini ſup Joh. omel. viij. vbi dt. Que virtus iſta aque vt corpus tāgat et cor abluat. Et loquit de aq baptiſmali innuēs ꝙ illa abluit cor ſine aiam. qð non videt poſſe fieri niſi cauſando grāꝫ tā ꝓpt cōe dictū. qr dr̄ cōiter ꝙ ſacramēta noue legis efficiūt qð ſignant. Scðo dicit ꝙ hmōi ſacramēta nō pñt poni cā gr̄e ſine qua nō: qr cauſa ſine qua nō eſt tm̄ cauſa ꝑ accidens. Nā tūc non poneretur in ei⁹ diffinitione cui⁹ oppoſitum fecit magr̄. Tertio declarat iſta opinio qualr̄ ſacramētū ponēdū ſit cā gr̄e: ⁊ dicit ꝙ cauſa efficiēs diſtiguit duplr̄ Uno mō ex parte effect⁹/ ſcꝫ i cām diſpoſitiuā q inducit effectū primū ⁊ imperfectū: ⁊ i cām ꝑfectiuā q inducit effectū pricipalē ⁊ vltimatū. Alio modo poteſt diſtingui cauſa efficiēs ex parte efficientis ſcꝫ in cām principalē ⁊ cauſam inſtrumētalē. Inſtrumētū aūt duplicē habet actionē. vnā ex ꝓpria natura. aliā put motum eſt a principali agente. ⁊ qñ habet ſecundā ſimul ſemp habet et primā. et illud ad qð attingit per ſecundā que ei ↄuenit inquā⁹ ē inſtrumētū aliqñ eſt terminus principalis agentꝭ et aliquādo eſt tm̄ diſpoſitio ad illū terminū. Tūc ad ꝓpoſitū dicit ꝙ aqua baptiſmalis ꝑ formā ſuā naturalē hꝫ opationē ꝓpriā. ſcꝫ abluere vl' madefacere corpus. Ulteri⁹ aūt inquātū eſt inſtrumētū diuie mie hꝫ effectū vlteriorem nō quidē ad gratiā ſic ꝙ ipſaꝫ attingat in virtute principalis agētis: ſꝫ ad diſpoſitionē preuiā que in quibuſdā ſacramētis eſt caracter: i alijs aūt eſt aliquis ornat⁹ aīe ꝓportionatus caracteri Quarto dicit ꝙ in ſacramētis eſt aliqua virt⁹ ſupnaturalis q eſt ipſis prin-

ei piſſi agendi inſtrũ ſunt iſtru-
mẽta diuine mie. ⁊ hec vt⁹ eſt
ens ſpũale incõpletũ ſiue in-
tentionale. multa alia dicit. ſʒ
hec ſunt principalia ad ꝓpoſi
tum. Hanc aũt opinionẽ ꝗ ad
ſingl̾a ei⁹ pũcta reprobat mul
tipliciter ⁊ diffuſe Joh. Scot⁹
li. iiij. ad quartã ꝗſtionẽ / ⁊ ad
quintã vnica rõne ꝓbãdo. et
ſimilit̾ poſt eũ Ockã in prima
A qõne quarti. ¶ Sʒ qꝛ nolo hic
Cõtra inſiſtere arguo ꝯ eã vnica rõ-
thom. ne ꝓbãdo cõcluſionẽ ꝑdictã:
i. ɔclo qꝛ illa poſitio eſt irrõnabilis
que ponit pluralitatẽ ſine ne-
ceſſitate. Nã hoc eſt ꝯ doctri
nã phoꝝ. vt pʒ. i. phiſicoꝝ de
opiniõe melliſſi ⁊ anaxagore
et. iij. de aia. ⁊. vij. phiſi. Qꝛ ei
natura nichil facit fruſtra ſꝫ
vbi paucitas ſufficit ad ſaluã
dũ apparẽtias magis ẽ ponẽ-
da. Et ſicut ſequẽdo rõnẽ na-
turalẽ nichil eſt ponendũ niſi
qđ rõ naturalis ɔcludit. ita ſe
quẽdo fidẽ nichil eſt ponẽdũ
niſi qđ ꝟitas fidei ɔuincit. Sʒ
ꝑdicta opinio nec ex rõne na-
turali nec ex veritate fidei co
git̾ ponere ſacramẽta leg̃ no
ue eẽ cauſas effectiuas gratie
mõ ſuperi⁹ declarato: vt in ſe
quẽtib⁹ patebit. Nec eſt aliꝗ
neceſſitas imo oĩno fictio ⁊ ſu
ꝑfluitas ponere vniuerſal̾r in
ſacramẽtis talẽ virtutẽ ſupna
turalẽ ſicut in aqua vel i ꝟbis
prolatis. aut ponere i aĩa ali-
quã diſpoſitionẽ preuiã. gr̃e
ꝗ ſunt caracter vel ornat⁹: qꝛ
ſine tali pluralite pñt oĩa ſal-
uari vt inferi⁹ apparebit. igr̃
B ꝑdicta opinio eſt irrõnalis. et
2. ɔclo per ɔñs ɔcluſio vera. Secũda
ɔcluſio eſt ꝙ nullũ ſacramẽtũ
dʒ propter hoc dici cauſa effe
ctiua gr̃e ꝗſi de⁹ in ſacramẽto
aſſiſtat ꝑ modũ ſpãlis ꝑſentie
Jſta ɔcluſio eſt ꝯ Henricũ de
gãdauo quarto ꝗ. q. iij. vbi te
net ꝙ deus aſſiſtit ſpecial̾r ſa
cramẽtꝫ. ⁊ ꝑ hoc vult ſaluare
ꝙ ſacramẽta ſũt cãe gr̃e. Con
tra hoc ꝑ ɔclõne arguit Scot⁹
ſic de⁹ nõ ẽ ſm̃ eſſentiã pñtiaʒ
vel potentiã i aliꝗ ſacramẽto
pluſꝗ̃ i alio corpore. vl̾ ſi po-
nat̾ aliter hoc nõ ẽ niſi ad ali
quẽ effectũ cauſãdũ. Sʒ ꝙ ſic
ſit ibi nõ pt̃ eẽ ꝑ aliquã cãlita
tẽ ſacramẽti. ſacramẽtũ eñ in
nullo eſt cã deũ deť minãs ad
cauſandũ effectũ ſibi ꝓpꝛiũ: ꝫ
tm̃ eſt ibi de⁹ aliter ꝗ̃ in alio
corpe ex determinatiõe. ſ. ꝓ-
prie volũtatis qua diſpoſuit
ſic opari coexiſtendo tali cor-
pore. ⁊ ꝑ ɔñs vl̾ opinio illa fal
ſum ꝑſupponit (ſcʒ deũ aliter
aſſiſtere ſacramẽtꝫ ꝗ̃ dictũ ẽ)
vel ipa hʒ ɔcedere ꝙ ꝓpť ſpe
cialẽ aſſiſtẽtiã dei ſacramẽta
non ſunt cãe gr̃e niſi ad iſtum
ſenſum iproprĩũ ꝙ de⁹ i ſacra
mẽtis ordinauit ſic agere non
ꝙ ipa ſacramẽta ſic agãt. ⁊ de
tali ordinatiõe ⁊ libera ꝓmiſ
ſione ipe certificauit eccleſiã.
vñ in hoc ſenſu tenet Scotus
ꝙ ſacramẽta ſunt cãe effectiue
gr̃e ⁊ nõ aliter. qđ ipſe diffuſe
declarat: ſed trãſeo cauſa bre
uitatis etiã qꝛ iſta poſitio ſa-
tis clara eſt ⁊ forte clarioꝛ ꝗ̃
ſua declaratio pʒ ꝫ ſcḋa ɔclo C
⁊c. ¶ Ad videndũ aũt melius
quõ ſacramẽta ſũt cãe gr̃e: et
quõ non / et ad ſaluãdũ dicta
ſanctoꝝ doctoꝝ diſtinguẽdũ

eſt de cauſa efficiente. q2 eniȝ
cauſa eſt illud ad cuiꝰ eſſe ſeq̄
tur aliō dupl'r pōt aliquid di=
ci cauſa. Uno mō ꝓprie qn̄ ad
pn̄tiā eē vniꝰ / ꝟtute eius ⁊ ex
natura rei ſeq̄tur eſſe alteriꝰ.
et ſic ignis ē cā caloris. Alio
modo iproprie qn̄ ad preſen=
tiā eſſe vnius ſeq̄tur eſſe alte=
rius. nō tn̄ virtute eiꝰ : nec ex
natura rei: ſed ex ſola volun=
tate alteriꝰ: et ſic actꝰ merito
rius dr̄ cauſa reſpectu premij
Sic etiā cauſa ſine qua nō dr̄
D causa. ¶ Ex quo ſequit̄ primo
ꝙ cā ſine qua nō: non dȝ abſo
lute et ſimplicit̄ dici cā . quia
ꝓprie non eſt cauſa. Scd͂o ſe=
quitur ꝙ in naturalibꝰ non re
peritur aliqua cā ſine qua nō
reſpectu alicuiꝰ effectꝰ. ſed in
volūtarijs bene reperit̄ talis
cauſa: q2 i naturalibꝰ ſp̄ ex na
tura rei ſequitur effectꝰ. ſȝ nō
E in volūtarijs. ¶ Iſta diſtictio
3. ꝯclo ne premiſſa pono tertiā ꝯclu=
ſionē ꝙ ſacramenta legis no=
ue primo mō nō ſunt cāe effe=
ctiue gratie: ſed bene ſcd͂o mō
et improprie. Iſta ꝯclo ſimul
quo ad vtrāqꝫ partē ꝓbatur
ſic. Ad p̄ſentiā ſacramentorū
ex virtute ipſoꝝ nō ſequit̄ gr̄a
ſed ſolū ex virtute alteriꝰ ſcȝ
dei ſic agentis : nec talis ſeq̄=
la eſt ex natura rei: ſed ſolū ex
volūtate libera dei. igitur cō=
cluſio vera . ꝯſequentia tenet
ex terminis. Et antecedēs pȝ
q2 ſoluȝ ex eo ſequitur gratia
ad p̄ſentiā ſacramētoꝝ : quia
deus ſic inſtituit ꝙ non confe
ratur gratia niſi poſitis ſacra
mentis ⁊ ipſis poſitis ꝯferat̄.
Et ſi oppoſitū inſtituiſſet effe
ctus oppoſitus ſequeret̄. Ex
hac diſtictione ſequūtur duo
correlaria ꝯtra ſctm̄ Thomā F
Primū eſt ꝙ q̄libȝ noue legiſ ꝯ thō
ſacramtū ſolum eſt cauſa gr̄e
ſine qua non: et ita pn̄t intelli
gi omnia dicta vel auctorita=
tes ſanctoꝝ aut doctorū que
videntur ſonare ꝙ ſacramēta
legis noue ſunt cauſe gratie.
Un̄ qn̄ magiſter ⁊ ſancti dicūt
ꝙ ſacramēta noue legis effici
unt quod figurāt non ē intel=
ligēdū ꝙ proprie efficiāt gra=
tiam: ſed quod deus efficit cā
ad coꝝ p̄ſentiā : ⁊ hoc ſufficit
magiſtris : ⁊ alijs ad ponēdū
differentiā inter noua et anti
qua ſacramēta Secūdo ſequi
tur ꝙ nullū ſacramentū legis
noue ſiue per virtutē propriā
ſiue p ꝟtutē ei collatā eſt pro
prie cauſa efficiēs alicuius di
ſpoſitionis in aīa ad gratiam
preuie. Pȝ. q2 talis rō poteſt
fieri de tali diſpoſitōe ſicut fa
cta eſt de gratia. hoc etiā dif=
fuſe probat Ockam i ſolutio=
ne ꝓprie q̄ſtionis quarti libri. G
¶ Cōtra iſtud correlariū ⁊ ſe= Cōn
cundā ptē ꝯcluſiōis arguo ſic ſcd͂o
et ꝓbo ꝙ ſacramētū ſit ꝓprie corr
cauſa gratie ⁊ etiam diſpōnis ſcd͂m
ad eā preuie: q2 videtur ꝙ oē ptē
illud quo poſito ponit̄ aliō ſit cclu
ꝓprie cauſa illius. Nā de rōe nis.
cauſe ꝓprie dicte nō eſt ꝙ ad
ipſam neceſſario ſequat̄ effe=
ctꝰ: aut ꝙ non poſſit poni ſine
ipſa: q2 ignis eſt proprie cau=
ſa caloris: ⁊ tamen non neceſ
ſario ſȝ mere ꝯtigēter ad ignē
ſeq̄t̄ calor: ſicut patuit ī igne
triū pueroꝝ i fornace. ſil'r ca=
lor etiā igne pn̄te pōt ꝓduci

igne. nihil cauſante ſicut pz ſi deus de ſe ſolo pduceret calorẽ ſuſpẽdẽdo actionẽ ignis pſentis. Igit ad hoc q aliqd ſit pprie cā alteri⁹ ſufficit q ipo poſito ponat illud et ipſo non poſito nō ponat: ſed ſic eſt de ſacramentis reſpectu grē rc. igit rc. Et ɔfirmat: qꝛ ſicut ad preſentiā ſacramētorū ſequit gr̄a ſolū ex volūtate alterius: ſcz dei ſic volentis. ita ad pſentiaz ignis ſequit caloꝛ ſolū ex volūtate dei. qꝛ ipſo ſic volēte ſequit caloꝛ. ⁊ ipo ſic nō volēte non ſequit Igit ita proprie ſacramenta ſunt cāe gr̄e ſicut ignis eſt cā caloꝛis. cui⁹ oppoſitū dictū eſt. ¶ Pro ſolutione

A Solõ pd. inſtãtie

hui⁹ dubij pono aliquas ppoſitiones. Prima eſt q qncūq deus facit aliquẽ effectū mediāte cā ſcḋa ipe nō ſolū facit illū effectū: ſed etiā facit cauſam ſcḋam eſſe cauſam illi⁹ effectus. Probat. qꝛ deus facit oē poſitiuū: cauſam aūt ſecundam cauſare effectum ſuū eſt qd poſitiuū. igit rc. Scḋa ppoſitio ſequēs ex predicta eſt q deus nichil facit fieri p aliud quin illud idē facit p ſeipm. immo prius natura ⁊ pricipalit⁹ facit illud. Tertia: plus facit deus faciẽdo aliquẽ effectum mediante cā ſcḋa q ſi faceret eundē effectū ſe ſolo. qꝛ in prima factiōe ſunt plures termini diuine actionis q in ſcḋa factione. vt pz ex prima propoſitione. ¶ Quarta ppoſitio eſt

B

q nulla cā ſcḋa ſic eſt proprie cā alicui⁹ effect⁹ nec aliqs effectus ſic ex natura rei ſequitur ex aliqua cā ſcḋa q cā neceſſario iferat effectū: vl q effect⁹ neceſſario pſupponat illā cauſam. imo effect⁹ pure ɔtingenter ſequit ex ſcḋa. ⁊ ſcḋa cā pure contingent antecedit effectum ſuū. ¶ Quinta ppoſitio q non obſtātib⁹ pdictis aliq cauſa efficiens ſcḋa ſic eſt virtute propria nō qdē proprie cā q ipa agit effectū vtute ppria. dico aūt vtute ppria non qdē ppria p excluſionē vtutis extranee vl aliene. ſed virtute propria. id eſt virtute q eſt in ipſa vel que eſt ipſamet ⁊ non ſibi aliena. Sic eni ignis agit calorem virtute ppropria: ſcz aliqua virtute que non eſt ſibi aliena. Nec tn̄ excludo quin agat virtute dei q eſt ſibi virtus aliena ⁊ a ſua propria virtute diſtincta. Sexta ppoſitio eſt. Aliqua eſt cā efficiens ſecunda ad cui⁹ propoſitionē ſequit effectus / non ſolū ex voluntate dei: ſed ex natura rei ⁊ ſola talis cauſa ſecūda eſt cauſa proprie dicta. Iſta pz ex pcedēte. qꝛ effectus qui ſequit ad poſitionē cāe ⁊ hoc ex virtute propria ipſius cauſe non ſolū ſequit ex volūtate dei: ſz ex natura rei. ¶ Ex his pz ad formā argumenti. vnde qn̄ dicitur de rōne cauſe proprie dicte nō eſt q ad ipſam neceſſario ſequat rc. Ideo ſufficit q ipſa poſita rc. ɔcedo ańcedēs

C Solõ rõis inſtãtie pceð.

qꝛ facit pro qrta propoſitione poſita: ſed nego ɔñam. qꝛ nec primū reqrit: nec ſcḋz ſufficit ad hoc q cā ſcḋa ſit cā prop̃e dicta: ſed reqritur / et ſufficit q poſita ipa ponatur effectus ſcz ex virtute ipſi⁹ cauſe ⁊ nō

ſolū ex volūtate dei: ſic aūt nō
eſt de ſacramētis ⁊c. Ad ꝯfir=
mationem aūt qñ dr̄ ꝙ ad pre
ſentiā ignis ſequit̄ calor ſolū
ex voluntate dei. nego iſtud:
q2 qñ ignis ꝓducit calorez ta
lis calor ſequit̄ ex voluntate
dei principaliter: ſ3 tñ vna cū
hoc virtute ignis. Et qñ ꝓbat̄
oppoſitū: q2 deo ſic volēte ſe=
quit̄ calor ⁊c. Dico ꝙ hoc eſt
veꝝ: ſed nō eſt ideo veꝝ ꝙ ille
calor ſequat̄ ſolū ex volūtate
dei: ſed q2 ceſſante voluntate
dei ceſſat ſingula ex q̄bus ille
calor ſequit̄ ſeu ponit̄ in eſſe
ideo ⁊c. Unde ꝯcedo iſtā ſepti
mam ꝓpoſitionē. ꝙ licet ad p̄=
ſentiā3 cauſe ſcđe ꝓprie dicte
ſequat̄ effectus non ſolū ex vo
lūtate dei: ſed ex virtute ipſiꝰ
cauſa ⁊ ex nature rei: tñ ꝙ ad
preſentiā alicuiꝰ cauſe ſcđe ſe
quatur aliq̄s effectus virtute
ipſiꝰ cauſe ſeu ex natura rei ſo
lū eſt ex volūtate dei. Nā hoc
ſolū eſt: q2 deus vult talē cau
ſam aſſumere ad cooperādu3
ſibi talē effectum: quē ſi vellet
poſſet ſine ea ꝓducere. Ex q̄ ſe
quit̄ octaua ꝓpoſitio. ꝙ l3 oīs
cauſa ſcđa ꝓprie dicta cauſet
effectum ex natura rei. tñ ꝙ
ipſa ſit cauſa ꝓprie dicta non
eſt ex natura rei: q2 ſolū ex vo
luntate dei. Et hec de p̄io ar.
D q. ſufficiāt. ¶ Quātū ad ſcđm
2. arti. articulum videndum eſt. vtrū
poſſe creare ſimpliciter repu=
gnet creature: q2 etiā hāc ma
teriā tāgit magiſter cap. vlti.
v. diſtin. q̄rti lib. vbi videt̄ te
nere ꝙ potentia creādi ſalte3
miniſterialiter ſeu inſtrumen
taliter eſt cōicabilis cretaure
ſ. ſacramētis ſeu miniſtris ſa=
cramentoꝝ. cuiꝰ oppoſitū vi=
detur ꝓbare ſcđa rō. q. Unde
pro intellectu huius materie
premitto vnā diſtinctionem:
ſc3 ꝙ creare ſeu creatio ī phi
loſophia / ⁊ in theologia ſolet
capi quadrupliciter ⁊ tot mo=
dis ſumit̄ annihilare. q2 quot
modis dr̄ vnū oppoſitoꝝ tot
modis dicit̄ ⁊ reliquū. ¶ P̄rio
modo creare cōiſſime ⁊ largiſ
ſime ſumit̄ ꝓut idem eſt ꝙ fa=
cere aliq̄d eſſe poſt non eſſe. ⁊
correſpondēter ānichilare eſt
facere aliq̄d non eſſe poſt eſſe
Et ſic accipit ꝯmentator crea A
re. iij. de aīa vbi dicit ꝙ intel=
lectus creat intellectionē. Et
hoc modo gñatio non differt
a creatione vel corruptio ab
annichilatiōe: ⁊ ſm̄ hunc mo
dum claꝝ eſt ꝙ creatura pōt
creare ⁊ etiā annihilare. ideo
de iſta acceptione nichil dicā
q2 etiā nec eſt ꝓpria. ¶ Scđo
ſumit̄ creare minus cōiter: et E
minꝰ large ꝓut idē eſt ꝙ face=
re aliq̄d eē poſt nō eſſe ab illo
agente qđ pōt hoc ſine cāli in
fluxu mat̄ie vel ſubiecti. ⁊ cor
rñdenter poteſt ſumi annichi
lari ſeu annichilatio. ⁊ ſic acci
pit̄ creare: qñ dr̄ ꝙ oīs res eſt
creator vel creatura. q2 licet
deus ꝓducat multa ex ſubie=
cto ſicut oēs formas materia
les: tñ dicitur oīa creare. q2
oīa poteſt ꝓducere ſine cauſa
li influxu mat̄ie vel ſubiecti. Et
ſm̄ hūc modū poſſibile eſt idē
creari ⁊ gñari. ⁊ idē annichila
ri ⁊ corrumpi. Multa eni hoc
modo creat̄ q̄ etiā generātur
et ꝓducunt̄ ex materia vl' ſub

iecto. Unde hic ꝛ in ſeq̄ntibꝰ
cū loq̄r de materia non intelli
go ſolū materiā primam q̄ eſt
ſubiectum formaꝝ ſubſtātia=
lium: ſed ꝑ materiā intelligo
quodlibet ſubiectū de cuiꝰ po
tentia pōt educi aliq̄ forma. ꝛ
ſic intellectꝰ eſt materia ſue i=
tellectionis ſic etiā eadē res ē
materia ꝛ forma. Nec iſta ac=
ceptio eſt impropria: q̄ꝛ ſic ca
pit phs materiā. ij. phiſicoꝝ ꝛ
v. mathaphiſice. q̄n diſtiguit
quattuor gn̄a cauſaꝝ. ſ. mate
riam: formā efficientē. ꝛ finē:
q̄ꝛ aliter non oīs cā reducere
A tur ad aliquā iſtaꝝ. ¶ Tertio
modo ſumit̄ creare magis ſtri
cte ꝛ magis ꝓprie ꝓut idē eſt
q̄ facere aliq̄d eſſe poſt nō eē
ſine ꝯcurſu cāli ſeu iſluxu ma=
terie vel ſubiecti ſine ſubiecto
preſuppoſito ex q̄ illud fiat: ꝛ
corrn̄dent̄ poteſt ſumi annihi
lare. Et ſic accipit̄ creare q̄n
d̄r q̄ aia creat̄/vel gr̄a in aia:
quia licet gr̄a vel aia ꝓducat̄
in ſubiecto non tn̄ ex ſubiecto
Nā in ſuo fieri/vel ſuo eſſe nō
depēdet cāliter a ſubiecto. Et
iſto modo capiēdo creare nō
eſt poſſibile idē ſimul creari ꝛ
gn̄ari aut annichilari ꝛ corrū
pi: q̄ꝛ creatio ꝛ ānihilatio non
ꝑſupponunt ſubiectū ex q̄ ge=
neratio vero ꝛ corruptio illud
preſupponūt. Et ſm̄ hāc acce
ptionē nō eſt bona diuiſio en=
tis q̄ oē ens ē creator vl' crea
tura ꝛc. q̄ꝛ ſic nullum ens ge=
neratum eſt creatura. Nā oē
generatum fit ex ſubiecto. Et
intelligo oīa iſta de ꝓductio=
ne ad extra q̄ꝛ de ꝓductiōe ad
intra non eēnt vera. Nā filius
dei non ꝓducit̄ ex ſubiecto: et
tn̄ non creat̄/ſꝫ gn̄atur. Clarū
eſt igit̄ q̄ nō ſtat aliq̄d creare
vl' aliq̄d creari iſto t'tio modo
ꝛ non ſcd̄o modo priꝰ dicto: ſꝫ
bene ecōtra. tn̄ quicquid pōt
creare iſto modo poteſt crea=
re ſecundo modo et econtra.
Ideo de ſcd̄o modo nihil dicā
quia dicto tertio patet de illo
¶ Quarto modo ſumit̄ creare B
ſatis ſtricte ꝛ ſat' ꝓprie: lꝫ nō
capiat̄ ſic cōiter ꝓut idē eſt q̄
facere aliq̄d eſſe poſt non eſſe
ab agēte ſe ſolo cauſante ꝛ ſi=
ne ꝯcurſu alteriꝰ cauſe efficiē
tis. ſiue ꝓducat ex ſubiecto ſi=
ue non. et correſpondēter pōt
ſumi annichilare. Et ſic capit̄
creare. Gen̄. j. c. vbi d̄r creauit
deꝰ oēm aiam viuentē ꝛc. Non
eīn oportet itelligere q̄ deus
tunc creauit oēm aiam ex ni=
chilo. ſed ideo oēm talē aiam
creaſſe d̄r: q̄ꝛ ſe ſolo ꝓduxit:
lꝫ ꝓduxerit ex ſubiecto. Et ſm̄
iſtū modū ptꝫ q̄ bn̄ ſtat idē ſit̄
creari et generari: q̄ꝛ ille aie
de q̄bꝰ dictū eſt fuerūt create:
q̄ꝛ a ſolo deo facte. ꝛ tn̄ fuerūt
gn̄ate: q̄ꝛ ex ſubiecto ꝓducte.
Sic ergo ptꝫ q̄uo creare dicit̄
quattuor modis. De quibꝰ q̄t
tuor: duo vltimi mag' ſunt ad
ꝓpoſitū. ideo de illis ſolū po=
nā tres concluſiones. ¶ Pria C
concluſio eſt q̄ capiēdo crea= 1. ꝯclo
re et ānichilare quarto modo
per nullā potētiā ſiue ordina
tam/ſiue abſolutam craatura
poteſt creare/vel annichilare
¶ Scd̄a eſt q̄ capiēdo creare
et annichilare tertio modo: et
loq̄ndo de potentia naturalit̄ 2. ꝯclo
ordiata nulla creat̄a pōt crea

3. ɔclo re vel annichilare. ¶ Tertio ē ꝙ capiēdo creare ⁊ annichilare illo tertio mō et loq̄ndo de potentia ſimplr̄ abſoluta q̄libet creatura pōt creare ⁊ annichilare. Et iſtā tertiā nō aſſero: q꞉ cōiter negaꝛ ab oībus ſed eā ſolū pono ꝓbabiliꝛ ⁊ di-

D ſputatiue. ¶ Prima ɔcluſio ꝓ-
pbaꝛ. batur ſic ꝑ nullā potētiā crea-
1. ɔclo tura ſe ſola aut ſine alio agēte concurrente pōt facere aliq̄d eſſe poſt non eſſe. vel aliq̄d nō eſſe poſt eſſe igiꝛ ɔcluſio vera. ɔ̄ña eſt clara ⁊ añcedēs pꝫ: q꞉ creatura nichil oīno pōt: niſi deo cōcurrēte. Nā ſicut neceſſario deus eſt oꝑs: ita neceſſario ſi aliq̄d fit ipē eſt oī faciēs et etiā ſi aliq̄d de eſſe trāſit in non eſſe: ipē reſpectu illi⁹ ſubtrahit ſuā influentiā ɔſeruatiuā: ac per hoc ipē eſt illius cā deſtructiua. Et hoc tenenduꝫ eſt ex fide lꝫ non poſſit probari euidenter. ⁊ ſic ptꝫ de quarto modo creādi: de quo breui-

E ter trāſeo. q꞉ de illo modicuꝫ
pbaꝛ. loquunꝛ doctores. ¶ Scḋa cō-
2. ɔclo cluſio ꝓbaꝛ. circa cui⁹ ꝓbationem dico duo. ¶ Primo dico ꝙ ipā non poteſt ꝓbari euidēti rōne. Tum primo: q꞉ oīs ꝓbatio eius pōt apparenter ſolui etiā ſeq̄ndo purā phiā naturalem. Tū ſcḋo q꞉ puri philoſophi poſuerūt oppoſitū ſicut. Auicēna q̄ cōcedit creaturā creare poſſe. imo de facto creare: ſicut patet. ix. metha. vbi ipē ponit itelligētiā ſcḋaꝫ eſſe cauſam productiuā tertie et tertiā quarte/ ⁊ ſic deiceps illa aūt intelligentia ſcḋo vel tertio ꝓducta creata eſt ⁊ ꝓductio vtriuſq꞉ creatio eſt: eo modo quo ipſe loquiꝛ de creatōe ⁊ creatura. vj. metha. ꝓut ſcꝫ creatio eſt ꝓductio de nichilo ⁊ eſt poſt nichil nō ordine durationis: ſꝫ ordine nature ꝓut ipſe exponit ibidem: vel de nichilo. i. non de aliq̄ ipſi⁹ ꝓducti ſuppoſito. hoc ḡ modo ipſe ponit intelligētiā ſcḋam ꝓductā a deo/ et ētiā a ſcḋa nullo p̄ſuppoſito. et cape eſſe pōt non eſſe ordine nature: ſꝫ non duratiōis: q꞉ non ponit nouitatē: et iſte modus ponēdi eſt bene ſubtilis ⁊ valde ꝓbabiliꝛ ſuſtinibilis. nec oppoſitū poſſet euidēter ꝓbari. Ex quo pꝫ error Ariſtotelis ⁊ ſui cōminatoris: q̄ reputauerūt pricipiū euidēs/ ꝙ ex nichilo nichil fit ſiue ꝙ ome q̄ḋ fit: fit ex aliquo q꞉ nec eſt euidēs/ nec euidenꝛ ꝓbabile. Et ſic pꝫ ꝙ predicta ſcḋa ɔcluſio non pōt euidēter probari ſicut dixi. ¶ Dico tñ F
ſcḋo ꝙ ipā pōt apparenter ꝓbari. Unde eā niſus eſt ꝓbare multipliciter ſctūs Thomas. ſed oms rōnes eius reprobat Scot⁹. eo ꝙ ille ſupponūt multa falſa: ſicut ipē oſtēdit i prima. q. q̄rti. ideo ipſe facit alias rōnes. quas etiam refellit Ockam. q. quarta ſcḋi. oſtendēs ibi eas non procedere ex veris. Nolo tñ hic inſiſtere: ſꝫ probo ſeu ꝑſuadeo ɔcluſiōem oſtendēdo primo ꝙ de poten-
tia naturaliter ordīata/ nulla G
creatura pōt creare. i. aliquid pbaꝛ
facere eē ſine ſubiecto ɔcurrē- creat[ura]
te. ¶ Scḋo ꝙ nec pōt ānichila- ra nō
re ¶ Primū ꝓbaꝛ ſic: q꞉ ſi crea- pt cr[e]-
tura poſſet creare/ hoc eēt vel are.

naturaliter vł libere. ¶ Prio
non põt dici ꝙ naturaliter q̄
agens qð equalr̄ ſe hꝫ ad plã
ꝑducibilia eiuſdẽ rõnis q̄tuꝫ
eſt de ſe: vel oĩa producit / vel
nullũ: q̄ nõ eſt rõ q̄re illud et
nõ iſtud. ſꝫ agẽs naturalr̄ eq̄=
liter ſe hꝫ ad om̄ia ꝑducibilia
eiuſdeꝫ rõnis q̄tum eſt de ſe:
imo eſt ad iñnita ⁊ agit ſꝫm vl
timũ potentie. igiť ſi poſſit ꝓ=
ducere vnũ nõ requirẽdo ſub
iectũ receptiuũ ex quo produ
cat: pari rõne producet oĩa ꝓ
ducibilia eiuſdẽ rõnis cũ illo:
⁊ ꝑ ꝯñs poterit producere iñ=
nita. hoc aũt ẽ falſuꝫ. igiť ⁊c.

A ¶ Scðo nõ põt dici ꝙ creatu=
ra poſſit creare libere ſeu ꝑ li
berũ arbitriũ: q̄ ſic nõ poteſt
creare niſi mediãte ſuo velle:
⁊ tũc ſi ponať ꝙ põt creare ꝑ
ſuũ velle: vel hoc erit ſic ꝙ eo
ip̄o ꝙ vellet ip̄m ꝑducibile eẽ
ip̄m eſſet. vł ſic ꝙ volitio poſi
ta eẽt cã ip̄ius producẽdi ſeu
creãdi. Si ſcðo mõ cũ volitio
poſita ⁊ cauſata naturalr̄ cau
ſet illud cui⁹ eſt cã. pꝫ ꝙ redit
idẽ argm̄ qð factũ eſt de acti=
uo naturali. Si p̄mo mõ cum
volũtas creata poſſit velle iñ
nita eq̄liter ſicut finita ⁊ eque
leuiter. igiť poterit creare ẽt
infinita: ⁊ ſi nõ ꝑ vnã volitio=
nẽ tñ ꝑ infinitas volitiões ſuc
ceſſiue. hoc aũt videť falſum
ſicut prius: q̄ non videť eẽ fi
nite potentie poſſe producere
iñnita. Hãc rõem prolixe tra
ctat Adã. j. q. quarti. ip̄aꝫ for
tificãdo ⁊ declarãdo. ⁊ videť
mihi ꝙ ip̄a bñ ꝯcludit ꝙ crea
tura ſꝫm potentiã naturaliter
ordinatã ſeu ꝟtute ſua natura
li nõ põt aliq̄d creare ſeu ali=
q̄d facere ⁊ nõ ex ſubiecto. et
hoc tenuerũt phi propter ex=
perientiã: q̄ viderũt i multis
tam artificialib⁹ q̄ꝫ naturali=
bus qð oẽ qð fit: fit ex aliquo
ſicut veſtis ex panno: pãn⁹ ex
lana. ignis ex lignis. ⁊ ſic de
alijs. Et nõ viderũt inſtantiã
in aliquo. iõ tenuerũt ꝙ quic=
quid facit aliq̄d. ð nouo facit
illud ex aliquo: nec põt illud
facere ex nichilo: ⁊ hoc eſt bñ
verũ ſꝫm potẽtiã naturalr̄ or=
dinatã. tñ videť mihi ꝙ cum
oĩb⁹ predictis ſtat ꝙ de potẽ
tia ſimplr̄ abſoluta creatura
poſſit creare: q̄ de⁹ abſolute
poſſet creature ſupnaturaliť
cõicare potentiã creãdi: ſicut
patebit i tertia ꝯcluſione / q̄ꝫ=
uis Adam teneat oppoſitũ / ⁊
cõiter oẽs. ¶ Secũdũ probať B
ſcꝫ ꝙ nec etiã creatura poteſt
naturalr̄ ſeu de potẽtia natu=
rali ãnihilare. q̄ agens natu
raliter ſemꝑ intendit ꝑprius
productionẽ alicui⁹ q̄ꝫ deſtru
ctionem alteri⁹. iõ qð põt an=
nihilare põt creare ⁊c. Unde
videm⁹ ꝑ experiẽtiã ꝙ in ope
rationib⁹ naturalib⁹ ſemꝑ ad
deſtructioneꝫ vnius ſequitur
productio alterius. ideo dicit
Ariſtoteles p̄mo de gñatione
ꝙ ſemꝑ corruptio vni⁹ eſt gña
tio alteri⁹. igiť ⁊c. ¶ Sꝫ ꝯtra
predictã ꝯcluſionem ſunt tria C
dubia. ¶ Primũ eſt vtrũ de⁹ 1. du=
poſſit creare mediãte creatu bium.
ra ip̄a creatura pure natura=
liter agente. Et videtur ꝙ ſic:
q̄ deus creat aĩam humanã
mediante homine ipſo homi=
ne pure naturaliter agẽte ali

ter in ꝓductōe hoīs homo nō
eſſet cā efficiēs naturalis. igr̄
videt̄ ꝙ creatura naturaliter
poſſit creare ſaltē partialr̄ et
D instrumētaliter. ¶ Scōm du-
2. dubium. biū eſt: qꝛ videtur ꝙ creatura
poſſit annihilare: qꝛ peccatū
mortale deſtruit grām: ⁊ infi-
delitas fidē. ſꝫ deſtructio grē
vel fidei eſt annihilatio: ſicut
earū ꝓductio eſt creatio. igit̄
E ⁊c. ¶ Tertiū dubium eſt ꝯtra
3. dub. modū ꝓbandi ꝯcluſionē: qꝛ ꝑ
ſimilē rōnem ꝓbaret̄ ꝙ crea-
tura nō pōt naturaliter gñā-
re. qꝛ arguit̄ ſic. oē agēs na
turaliter nō impeditum reſpi
ciens plura ꝓducibilia equa-
liter ꝓducit quodlibet vl' nul
lum. Sed oē agens natura-
liter equaliter reſpicit oēꝫ for
mā ꝓducibilē de potētia hui⁹
materie ab ipō in eā. Et ſilr̄ il
la materia vl' ſubiectū indiffe
renter eſt in potentia ad rece
ptionē cuiuſlibꝫ illaꝝ. qꝛ nec
hn̄t ordinē ad agens: nec ad
paſſum cū qlibet illaruꝫ oīno
nihil ſit. igit̄ ꝓducit quālibet
talem. ⁊ ꝑ ꝯñs pōt ꝓducere in
finitas: vel nullā pōt ⁊c. Iteꝫ
ſi illa rō aliqd probat nō vide
tur aliud ꝓbare niſi ꝙ creatu
ra non pōt aliqd ꝓducere niſi
in receptiuo: ſicut aīam ⁊ gra
F tiaꝫ. igit̄ ⁊c. ¶ Pro ſolutione
Solō primi dubij. pmi dubij ſciendū eſt ꝙ deum
creare mediāte creatura pōt
itelligi dupl'r. Uno mō ꝙ de⁹
creet aliqd/ creatura illō ideꝫ
producēte. ſicut celū agit me-
diāte lumīe calorē. qꝛ lumen
ſecū agit calorē. Et ſic loquē
do de⁹ nō pōt creare mediāte
creatura. ipā creatura natu-
liter agente ſeu ſm curſuꝫ na
ture: qꝛ ſi de⁹ ſic faceret eſſet
miraculū. Utrū aūt poſſit ſic
facere videbit̄ in tertia ꝯclu-
ſione ꝙ ſic. Alio mō pōt intel
ligi deū creare mediāte crea-
tura: qꝛ dat ptātem creature
aliqd faciēdi i aliquo recepti
uo: quo facto ipē vult imuta-
biliter creare: ſicut dedit ptā
teꝫ hoī ſic diſponēdi materiā
i gñatiōe hoīs ꝙ ipā ſic diſpo
ſita ipē imutabiliter velit aīa
mā itellectiuā creare. Et iſto
mō poſſet de⁹ multa creare ꝑ
creaturā ſeu mediāte creatu-
ra. q ipē de facto ſic nō creat.
Sic ei pōt ꝯferre ſacramētis/
vl' miniſtris ſacroꝝ potentiā
creādi. i. cauſandi aliquē effe
ctū naturalē/ vl' faciendi ali-
quid naturalr̄ circa aliqd ſub
iectū (vt pote circa puerū ba-
ptiſatū) quo facto imutabil'r
ipē vult creare: hoc autem po-
tuit ſꝫ nō fecit ſicut dt Augu.
omelia. v. ſup Iohem. ⁊ alle-
gat illud mgr̄. iiij. lib. diſti. v.
Et ſic dt Scotus ⁊ Adā poſt
eū ꝙ magr̄ intelligit in illa di
ſtin. deū poſſe cōicare creatu-
re potentiā creādi: ſꝫ hoc nō
cōicauerit de facto ſacramen
tis vel miniſtris ſacramētoꝝ.
G ¶ Pro ſolutione ſecūdi dubij
Solō ſcdi dubij. pono aliqs ꝓpōnes. Pria eſt
ꝙ nec pctm̄ mortale actiue de
ſtruit grām. nec infidelitas fi
dem infuſam. Scda ꝙ infide-
litas bene deſtruit actiue fidē
acqſitā. qꝛ illa deſtructio non
eſt annichilatio ſꝫ corruptio.
ſicut ꝓductio fidei acqſite eſt
naturalis gñatio. Tertia eſt
ꝙ pctm̄ mortale demeritorie

deſtruit grãm: ⁊ infidelitas fi
dem iſuſaȝ: de⁹ aũt ſolus acti
ue deſtruit eas. ſ. nõ ꝯſeruan=
do/ſeu ſubtrahẽdo influentiã
manutenẽtie ſue ab eis Quar
ta ꝓpõ eſt ꝙ ꝗcito ponitur ca
ſus culpe mortalis tamcito ⁊
non prius vł poſteri⁹ tpe/vel
natura de⁹ annichilat grãm.
Exẽplũ de obſtaculo luminis

A ¶ Ad tertiũ dubiũ põt rñderi
Solõ dupliciter Uno mõ ſm Ockã
tertij q̃ tenet ꝙ idẽ agens naturale
dubij. de eodẽ paſſo nõ eſt ineternũ
natũ ꝓducere: niſi vnicũ indi
uiduũ eiuſdẽ rõnis adequatũ
ſue actiuitati ex eodẽ paſſo ſȝ
numeruȝ. ⁊ ꝙ iſta forma redi
ret quotiẽs idẽ agens ꝓduce
ret indiuiduum eiuſdem ſpe=
ciei ex illa materia. Et iſtđ te
net Scot⁹ in lib. iiij. eẽ multũ
probabile: ⁊ magis videꝛ ad
hoc declinare. Et ſm iſtũ mo
dũ leuiſſime rñdeꝛ ad illã ob=
iectionẽ q̃ fiebat ꝯtra illã ra=
tionẽ ꝯcluſiõis ſicut ptȝ intuẽ
ti. Sȝ adam reprobat illud ⁊
oñdit ꝙ idem agens numero
poſſit de eadẽ materia nume=
ro producere diuerſa indiui=
dua ſue ꝟtuti adequata. ſicut
ignis de eadem materia mul=
tos ignes ſucceſſiue ꝓducere
põt. quoꝝ ꝗlibȝ proportioneꝛ
actiuitati ſue. Uñ proceſſum
ſuũ ſi placet. q̃ tranſeo cauſa
breuitatꝭ. Scđo mõ põt rñde
ri ſm hanc viam ad illã obie=
ctionẽ. pro quo pono aliquas
B ꝓpões ¶ Pria ſit hec ꝙ agẽs
naturale p̄t producere infini
ta: imo aliqđ eſt agens natu=
rale qđ nõ poteſt ꝓducere q̃n
producat iſinita: q̃ aliqđ eſt
agens naturale quod non p̄t
ꝓducere niſi ꝓducat ens con
tinuũ ⁊ quodlibȝ tale eſt infi=
nitũ. q̃ infinite ptes ꝓportio
nabiles. Secunda eſt ꝙ nullũ
agens naturale poteſt ꝓduce
re infinita actu ſeparata. ptȝ
q̃ non ẽ poſſibilis iſinita mul
titudo indiuiduoꝝ actu ſepa
ratorũ. Tertia eſt ꝙ infinita
actu ſeparata eiuſdẽ rationis
poteſt agens naturale natu=
raliter ꝓducere ſeu gñare de
quolibet paſſo de quo p̄t vnũ
indiuiduũ ꝓducere. ptȝ q̃ cũ C
vnũ poſſit ꝓducere ⁊ non ſolũ
vnũ vt dictũ eſt: ſȝ plura eiuſ=
dem rationis ſequiꝛ ꝙ nõ tot
poteſt ꝓducere q̃n plura poſ=
ſet. ⁊ hoc ſi duraret. igitur ⁊c.
¶ Quarta ꝓpoſitio eſt ꝙ nul
lũ agẽs naturale põt natura=
liter ꝓducere ex aliquo ſubie
cto ſeu paſſiuo niſi vnicũ indi
uiduũ vnavice. ⁊ iđ agens ꝗ=
uis ſit đ ſe indeterminatũ ad
ꝓducendũ iſtud vł illđ tñ paſ
ſum nõ eſt naturalr̃ natũ ſuſci
pere plã ſimł. Ideo agens ex
ſubiecto determinaꝛ ab ipſo
ſubiecto naturalr̃ ad ꝓducen
dũ vnicũ vnavice: ꝗuis nõ de
termineꝛ ab ipõ paſſo ad pl⁹
ꝓducẽdũ illđ qđ ꝓducit p̄mo
ꝗ aliđ ſcđo ꝓducibile đ eodẽ.
Si ipõ q̃ras a quo ſic determi=
naꝛ. Rñdet Adam ꝙ ab agen
te libero. ſ. a deo ipõ ſm agẽs
ꝯueniẽte ⁊ libere determinã=
te ad ꝓducẽdũ iſtud idiuiduũ
plus/vł priuſꝗ aliud. Uñ vƀ
ꝙ ex hoc ſumiꝛ efficaciſſimuȝ
argm̃ ad ꝓbãdũ ꝯ phos/ma=
xime Ariſtotelẽ ⁊ ſuũ ꝯmẽta=
torem deũ eſſe agens liberũ li

bertate ꝯtingētie. Et hoc idē
post eū tenet Greg. lib. j. i ma
D teria de itētiōe formaꝝ. ¶ Ex
ꝑdictis pꝫ faciliter solutio ad
obiectionē ꝯ rōnem ꝯclusiōis
Sꝫ ad ꝯfirmationē eiusdē ob
iectionis qn̄ dꝛ ꝙ si illa rō ali
quid ꝓbet nō videꝛ aliud ꝓba
re: nisi ꝙ agens creatū nō pōt
aliqđ ꝓducere nisi in subiecto
mō cum hoc stat ꝙ possit crea
re ꝛc. Hic dico p'io ꝙ stat ali=
quid ꝓduci in subiecto. ꝛ non
ꝓduci ex subiecto. vt bene ꝓ=
bat rō. Uñ dr̄ia ē inter illa: sꝫ
bene difficile est illā explica=
re ꝟbis. hoc aūt dꝫ videri sup
scđo lib. Dico scđo ꝙ non stat
naturaľr agēs creatū aliquid
agere i subiecto ꝛ illđ nō age=
re ex subiecto. Ideo rō cōclu=
sionis ꝓcedit. q̄re ꝛc. Utrum
aūt agēs creatū absolute pos
sit aliqđ facere in subiecto/ et
nō ex subiecto: teneo ꝙ sic: qꝛ
cū vtrūqꝫ. s. ꝓducere in subie
cto ꝛ ꝓducere ex subiecto con
ueniat agenti creato: ꝛ primū
absolute possit separi a scđo.
Nō videꝛ q̄n primū absolute
possit inesse sine scđo. q̄re ꝛc.
E ꝓbaꝛ 3. ꝯcl'o ¶ Tertia ꝯclusio probaꝛ. Cir
ca quā sciendū est ꝙ sicut dꝛ
ꝙ deꝰ aliqđ pōt de potētia ab
soluta: qđ nō pōt de potentia
ordinata. ita dico đ creatura.
iō ꝯcedo probabiľr ꝙ lꝫ crea=
tura de potentia naturali seu
naturaľr ordinata non possit
creare/ vľ annichilare: vt di=
ctum est. tñ illa pōt de poten=
tia simpľr absoluta. s. supna=
turaliter/ seu miraculose. Et
hoc capiendo creare ꝛ annihi
1. pbō lare tertio modo. ¶ Unde ar
guiꝛ ꝑmo sic. nō apparet aliq
ꝯdictio ꝙ deꝰ vellet/ vľ abso=
lute posset velle creaturā acti
ue facere aliqđ eē post non eē
vľ nō eē post eē sine passo pre
supposito. ex quo sic ageret.
igiꝛ hoc est absolute possibile
¶ Scđo arguiꝛ sic ꝯfirmando 2. pbō
predictā rōnē. qꝛ si posse crea
re absolute repugnaret crea=
ture hoc esset maxime. qꝛ ne=
cessariū esset ꝙ ꝟtus creatiua
sit infinita. sꝫ probo ꝙ hoc nō
sit necessariū absolute. qꝛ aut
hoc esset rōne termini produ=
ctiōis. i. ipsiꝰ producti: aut rō
ne productiōis: aut rōne distā
tie iter terminū a quo ꝛ termi
nū ad quē. s. inter eē ꝛ non eē.
Sꝫ ꝑmū non valet. hoc eñ nō
exigit infinitatē. qꝛ ōis termi
nus creationis est finitꝰ. Nec
scđm cū ōis modꝰ creatōis sit
finitus. qꝛ est aliqđ extra deū
Nec tertiū qꝛ ipa ꝓductio est
finita cū sit creatura vľ aliqđ
in creatura. Nec quartū: qꝛ
nulla est ibi distātia positiua
nec ꝑuatiua. Et de hoc bñ ꝓse
quitur Scotꝰ ꝯ Thomā. s. q.
sup quarto: ꝛ alibi in p'ia: et
aliis multis locis. Et etiā si=
cut bene dicit Ockā illa cā de
distātia terminoꝝ nihil valet
qꝛ si valeret ita cōcluderet ꝙ
creatura nihil posset facere.
Nam tanta distātia est inter
terminū a q̄ ꝛ terminū ad quē
ꝓductiōis naturaľ sicut crea
tiōis si aliq̄ sit ibi distātia. igiꝛ
nō appet rō cur potētia crea=
tiua necessario debeat eē ifini
ta. ꝛ per ꝯñs cur non sit abso=
lute communicabilis creatu= F
re. ¶ Tertio arguitur sic: qꝛ 3. pbō

licet de⁹ talẽ legẽ naturalem
rebus ordinauerit q̃ vn⁹ an=
gel⁹ nõ producit aliũ angelũ
tñ nõ apparet aliqua cõtradi
ctio: cur hõ nõ poſſit abſolute
ſicut ignis põt ꝓducere ignẽ.
cũ ſit ꝑfectionis poſſe ꝓduce=
re ſibi ſimile. ⁊ angel⁹ ſit mul=
to ꝑfectioris ſpeciei q̃ꝫ ignis.
¶ Quarto ꝓbo q̃ de facto cre
atura ſepe creat ⁊ deinde q̃ an
nichilat. Et arguo ſic Quicq̃d
ꝯſeruat aliq̃d ⁊ nõ ex ſubiecto
creat illud qđ ſic ꝯſeruat / ſed
creatura ſepe ꝯſeruat aliq̃d ⁊
non ex ſubiecto. igr̃ creat. ⁊c.
maior videt᷑ vera. ſꝫ minor pꝫ
de accidẽtib⁹ q̃ ſunt i euchari
ſtia q̃ cõſeruant᷑ a cã naturali
non i ſubiecto / ita bñ ſicut q̃n
A erãt in ſubiecto. ¶ Ad iſtã rõ
Ockã nẽ reſpondet Ockam i. ij. lib.
R̃ſio dupl'r. Uno mõ q̃ accidentia
euchariſtie ꝯſeruãt᷑ a ſolo deo
et non a creatura. Alio mõ q̃
nõ eſt ſimile de creatione. qꝛ
aliter agẽs reſpicit ꝓductum
in actu ⁊ aliter non ꝓductum
quia ad quodlibet ꝓducibile
non ꝓductũ eſt indifferẽs. ⁊c.
Ideo cõcedit q̃ creatura põt
ſeruare aliq̃d ſine ſubiecto: ſꝫ
B non creare. ⁊c. ¶ Sꝫ prima re
Im= ſponſio non videtur valere. qꝛ
prob. apparet ſenſui humano q̃ illa
Ock accidẽtia ꝯſeruãtur a creatu=
ra ſicut anteq̃ꝫ erant ſine ſub=
iecto. igit᷑ non eſt magis negã
dum q̃ ꝯſeruantur a creatura
poſtq̃ꝫ ante. añs eſt notũ cui=
libet: ⁊ ꝯña tenet: quia in fide
xp̄i nunq̃ꝫ neganda eſt appa=
rẽtia ſenſus naturaliter bene
diſpoſiti: niſi vbi exp̄ſſa aucto
ritas fidei vel efficax rõ aſſum

pta ex his q̃ ſunt fide ad hoc
cogit. Sicut negam⁹ q̃ eucha
riſtia ſit panis q̃uis hoc eque
appareat poſt ꝓlationẽ vboꝝ
ſacramentaliuꝫ ſicut ante. qꝛ
ad hoc negandũ cogit expreſ
ſa auctoritas vel rõ ⁊c. ſicut
pꝫ intuenti. igit᷑ ⁊c. Silr̃ ſecũ
da r̃ſio non videt᷑ valere. qꝛ
probo q̃ ꝯſeruare aliq̃d et nõ
ex ſubiecto ſit creare ¶ Ad cu C
ius ꝓbationẽ pono aliq̃s pro
poſitiones. Pria eſt q̃ ꝯſerua
tio alicui⁹ rei eſt eiuſdẽ rei cõ
tinua productio: ita qđ omẽ
qđ ab aliquo ꝯſeruat᷑ ab eodẽ
ꝯtinue ꝓducit᷑. Iſta ꝓpõ ma=
nifeſte eſt de intẽtione Auicẽ
ne vbi ꝑus allegat᷑ in ſcđa cõ
cluſione. Et pꝫ ẽt ſm phiam
ariſtotel' qꝛ ſm eã nõ ſunt niſi
q̃ttuor mõi cãꝝ. ſ. materialis
formal' / efficiẽs / ⁊ finalis. Sꝫ
conſtat q̃ ꝯſeruare ẽ cauſare
⁊ eſſe ꝯſeruatorẽ eſt eſſe cãm.
ſꝫ hec cauſalitas non eſt cau=
ſalitas materialis / formalis /
aut finalis vt notũ eſt. igit᷑ eſt
cauſalitas efficiens. ⁊ ꝑ ꝯñs
ꝯſeruare aliq̃d eſt efficere / ſeu
producere illud. q̃re ⁊c. ¶ Se D
cũda eſt q̃ ois productio ali=
cui⁹ ⁊ nõ ex ſubiecto ẽ creatio
bene tñ ver᷑ eſt q̃ noua ꝓdu=
ctio alicui⁹ ⁊ nõ ex ſubiecto ẽ
noua creatio: ⁊ ꝓductio talis
q̃ nõ eſt noua ſꝫ ꝯtinua eſt ꝯti=
nua creatio. Et ita ex duabus
ꝓpoſitionib⁹ pꝫ q̃ ꝯſeruatio
alicui⁹ non ex ſubiecto: q̃uis
nõ ſit noua ꝓductio tñ eſt pro
ductio ꝯtinua: et ꝑ ꝯſequens
q̃uis non ſit noua creatio: tñ
eſt creatio ꝯtinua. Uñ ꝑ maio
ri intellectu predictoꝝ ſit hec

tertia ꝓpō/ ꝙ ꝗuis iſti termini ꝓductio ⁊ ꝯſeruatio: ꝓ eodem ſupponāt. vt iam dictū eſt. tñ diuerſa ꝯnotant: ⁊ etiā ꝓductio ſe hʒ in plus ꝙ̄ ꝯſeruatio. q: iſte termin⁹ ꝓductio dr̄ gñaliter de illo qd̄ ab alio ſiue de nouo ſiue non. ꝯſeruatio vero ſolū dicit̃ de illo qd̄ eſt ab alio ⁊ nō de nouo: ſic ꝙ nō ſit ab eo p̄rio/ ſed p̄us fuit ab eo ⁊c. Ex his oībus ſequit̃ quarta ꝓpoſitio ꝙ hec ꝯña nō valet/ hoc incipit creari. ergo hoc incipit produci Nec iſta. hoc de nouo creat̃. ergo de nouo ꝓducitur. Patʒ: q: añs eſt verum: de accidente eucharistie imediate poſt ꝯſecratiōeʒ panis: ⁊ ꝑ ꝯñs de eodē eſt falſum. igit̃ ⁊c.

E

5. pbō

Quinto ad p̄ncipale arguit̃ ſic. Approximet̃ hoſtia ꝯſecrata igni. certū eſt ꝙ ibi ꝓducet̃ calor: ⁊ tñ nō in ſubiecto Sed nō eſt negandū ꝙ ille calor ꝓducatur ab igne cum hoc appareat ſenſui: ⁊ fides nō cogat illud negare igitur ignis creat ibi calorē ⁊c.

Sexta

¶ Sexto arguitur ꝙ creatura annihilat: q: approximet̃ hoſtie ꝯſecrate aliqd̄ agēs naturale corruptiuū albedinis certum eſt qd̄ illa albedo deſtruetur. ⁊ per ꝯñs annichilabit̃. Sed non eſt negandū iſtā deſtructionē ſeu annichilationē eē ab illo agente naturali cū hoc appeat ſēſui ⁊c. ſicut imediate arguebat̃: igr̄ ⁊c.

F

Rñſio Ockā

¶ Sʒ ad hāc rōnē rñdʒ ockā i q̄rto dupl'r. Uno mō ꝙ accidēs ſeparatū nulla ꝟtute creata p̄t corrūpi. hoc eēt ꝑ ānihilationē ⁊ nulla creatura pōt annichilare ſicut nec creare. ⁊ iſtā rōnē ipſe ſimpl'r tenet in ſcd̄o q. v. ⁊ i ſcd̄o quoli. q. ix. Sʒ ꝯ eā eſt rō iā facta de apparētia ſenſus.

Im- probatio eiuſdē

Aliter dicit.

Aliter rñdet ꝙ creatura p̄t ānichilare lʒ nō creare. et rōneʒ diuerſitatis aſſignat quā trāſeo cā breuitat̃. Etiā q: iſta rō concedit ꝓpoſitū de annichilatione.

G

Im- probatio.

¶ Sʒ ꝯtra eā arguo pbādo ꝙ ſi creatura in caſu poſito ānichilat qd̄ etiā creat. q: experiētia docet ꝙ ſi corrūpit̃ i eucharistia aliqua q̄litas ibi alia introducit̃ ad p̄ſentiā eiuſdē actiui ad' cui⁹ preſentiā corrūpebat̃ prima. Et ita dicēdū ꝙ ab eodē actio ꝓducit̃ ſcd̄a a quo deſtruebatur p̄ria. vt ſi ab igne deſtruit̃ frigiditas ab eodē introducitur calliditas. Et iſta ſcd̄a ita bene eſt ſine ſubiecto ſicut p̄rima/ maxime ſi nō ponat̃ quātitas diſticta a q̄litatib⁹ ſicut iſte Ockā ponit. Igit̃ ſi agēs creatū annichilat (vt ꝓpatuʒ eſt. et ab iſto cōceſſum) ſeq̄tur ꝙ etiā creat. ⁊ ſic p̄ʒ ꝯcl'o. ⁊c.

¶ Sed ꝯtra predictā ꝯcluſionem expreſſe videtur eſſe quedā auctoritates ſctōꝝ ⁊ doctorū.

H

Com dicta qōne

1. Au guſti.

¶ Prima eſt Auguſtini ſuper Gen̄. xv. de magis. ⁊. xxi. de paruis. Angeli nullā oīno p̄nt creare naturā. ⁊ ibidem. c. xx. Creare aliquā naturam tā nullus āgelus ꝙ̄ nec ſeipʒ creare pōt. Si ergo nō pōt angel⁹ nec aliq̄ iferior creatura

2. Dam

¶ Scd̄a ē Dama. c. xviij. Qui dicūt āgelos eē creatores alicui⁹ nature ſūt oēs filij diaboli.

3. Athanaſij

¶ Tertia Athanaſij li. ſuo ꝯ arriū ponentē ſpm̄ſctm̄ eſſe

creaturã. Creaturã creatricẽ
eſſe nõ poſſe nullo oĩno eẽ eſti
mo ambiguũ. ¶ Quarta hugo
nis de ſacramẽtis li. primo pꝫ
te. vi. c. vlt. De nichilo facere
aliq̃d ſiue de aliquo nihil ſol⁹
deus põt. Multe alie poſſent
induci: ſed iſte vident̃ magis
A expſſe. Ad iſtas auctoritates
Solo et oẽs ſimiles põt rñderi φ i=
aucto. telligunt̃ de potentia natura
liter ordinata ⁊ creature natu
raliter indita. ⁊ ſi ſunt ꝓ ſcða
ꝯcluſione: ſed ꝑ eas nõ negat̃
quin creatura poſſit creare vl̃
annichilare de potẽtia ſimpli
citer abſoluta ⁊ facto aliq̃ mi=
raculo p̃ter/vel ꝯtra potentiã
naturalr̃ ordinatã. ⁊ hoc non
eſt ꝯtra p̃dictã tertiã ꝯcluſio=
B nem. Vel aliter põt dici φ nul
la creatura põt creare vel an=
nihilare auctoritatiue ſe ſola
v̄tute ꝓpria. ſicut ponit pria
ꝯcluſio. ⁊ ſic poſſũt itelligi p̃di
cte auctoritates de q̃cũqꜫ po=
tentia ſiue ordinata ſiue abſo
luta: ſed nũc nõ ſũt ꝯtra tertiã
C concluſionẽ. Hec de ſcðo arti=
3 arti. culo. ¶ Quãtũ ad tertiũ arti=
culum vidẽdũ eſt vtrꝫ ſacramẽ
ta legis noue ſint ꝑfectiora ſa
cramentis legis antiq̃. Circa
qð tria vidẽda ſunt. Prio q̃ ſit
ſacramẽti diffinitio. Scðo q̃d
antiquit⁹ ꝯferebat circũciſio.
Tertio ex his patebit hui⁹ ar=
ticuli rñſio. Ad vidẽdũ eni dif
ferẽtiã ſacramẽtoꝝ veterũ/et
nõ nouoꝝ pri⁹ eſt videndũ de
circũciſione vtrũ ipa ꝯferebat
grãꝫ: q2 ꝺ hoc tãgit magiſter
in pria diſtictione hui⁹ qrti: ⁊
tertia rõ ante oppm. q. Prio
igitur circa diffinitionẽ ſacra
menti notãdũ eſt φ ſm Ariſt.
ij. poſterioꝝ duplex eſt diffini
tio. Una eſt exprimẽs q̃d rei.
Alia exprimẽs q̃d nõis. Prio
modo nihil diffinit̃ niſi ſit res
vna. ⁊ ſi ſit vna vnitate ꝯpoſi=
tiõis ptiũ diuerſaꝝ rõnũ ſicut
materie ⁊ forme. tũc ꝓprie dif
finit̃ ꝑ genus ⁊ differentiã eſ
ſentialẽ. q̃ diffinitio vocat̃ dif
finitio quidditatiua. Si vero
ſit res ſimplex ſicut angelus/
vel aĩa/aut res vna vnitate cõ
poſitõis ptiũ eiuſdẽ rõis ſicut
calliditas vel frigiditas tunc
non põt diffiniri diffinitõe q̃d
ditatiua: ſed bñ diffinitõe de
ſcriptiua q̃ dat̃ ꝑ genus ⁊ diffe
rentiam/ vel differẽtias acci=
dentales/ ⁊ per multos conce
ptus quorum quilibet eſt in
plus ⁊ totũ i eq̃. Scðo aũt mo
do poteſt oẽ vniuerſale diffini
ri q̃cq̃d ſignificet in recto vel
in obliquo eo φ ꝓ oĩ nõie poſ
ſunt poni nõia diſtincte ſigni=
ficãtia illa q̃ ſignificant̃ ꝑ vnũ
nomen. ¶ Ad ꝓpoſitũ ergo di D
co φ ſacramẽtũ non põt prio
modo diffiniri. q2 nõ eſt aliq̃
res vna. ⁊ hoc requirit̃ vt diffi
niatur illo modo: ſed bñ diffi=
nitur ſcðo modo: ſcꝫ diffinitio
ne quid nomĩs. Et ſic diffinit
magiſter ſacramẽtũ quod eſt
inuiſibilis grẽ viſibilis forma
Et Aug. x. de ciuitate dei. c. v
Sacramentũ eſt facere rei ſi=
gnũ. ¶ Scðo notãdum eſt. φ E
Scotus. iij. q. q̃rti exponẽdo p̃
dictã diffinitionẽ magiſtri dif
finit ſacramẽtũ ſic. Sacramẽ=
tum eſt ſignuꝫ ſenſibile grãm
dei/vel effectũ dei gratuitũ ex
inſtitutione diuina efficaciter

ſignãs ordīatū ad ſalutē hoīs viatoris Et ī hoc qꝺ efficacit icludit tā certitudinalit ꝙ ꝓnoſtice. Et ſm hoc vt dicit eſt intelligenda diffinitio magiſtri Unde cū ī ea ponit forma dꝫ intelligi ꝑ ſigno ſicut imago herculis dr̄ forma eius: ꝙ aūt dicit viſibilis. capit ibi ꝑ ſenſibili cuiuſlibet ſenſus: q: viſus eſt excellentior oī ſenſu et plurium differētiaꝝ cognoſcitiuꝰ ſm phm primo metha. Ponit aūt ibi inuiſibilis gr̄a ꝑ effectu dei gratuito interiori ordinato ad ſalutem hoīs viatoris. Non enī oportet ꝙ ſemꝑ res ſacramēti ſit gr̄a exiſtens in aīa: ſicut ptꝫ in euchariſtia. Debet etiā in dicta diffinitione ſuppleri ex īſtitutiōe diuina cōtra ſignū ſignãs naturaliter/ ⁊ efficaciter: contra ſignū equiuocū ſeu dubium: ⁊ cōtra ſignū ſeqn̄s naturaliter

A ſignatū. ¶ Tertio notādū eſt ꝙ Okam pri. q. q̄rti diffinit ſacramētum ꝙ eſt ſignū ſignãs effectū dei gratuituꝫ. Et dicit ꝙ hec oratio non ꝓdicat modo niſi de ſenſibilibꝰ: ſi tñ deꝰ inſtitueret ſpūalia ad ſignandum dei effectū gratuitū tunc illa eis cōpeteret ſicut modo ſenſibilibus. ideo in illa diffinitione r on ponit ſenſibile vt poſſit eſſe cōis tā ſenſibilibus ꝙ ſpūalibus quibꝰ poteſt diffinitum competere. Et in hoc bene dixit vt michi videtur: ⁊ valde cōcordat cum illa diffinitione Auguſtini ſacramētū eſt ſacre rei ſignū intelligēdo per rem ſacrā effectū dei gratuitū. Sed tñ diffinitio Scoti videt ꝯpletior ⁊ magis circūſtātionata ad differētiā ſignorū q̄ nō ſūt ſacramēta. ¶ His ꝓmiſſis ponā tres ꝯcluſiōes. Prima ē ꝙ lꝫ poſſibile ſit deo de potētia abſoluta culpā delere originalē aut aliā quālībet mortalē ſine infuſiōe gr̄e/ vel collatione cuiuſcūꝙ poſitiui vere repugnātis illi pctō (vt puta originalis iuſticie) tñ de potentia ordinata: hoc nō eſt poſſibile. Primā partē diffuſe probat Scotus / ſuper quarto. q. v. Et ſtat principale motiuū ī hoc ꝙ aliq̄s pōt fieri de pctōre non pctōr per ſolam liberā dei acceptationē. et lꝫ circa iſtā materiā plura poſſint dici: tñ trāſeo. quia de his magis ſpectat videre ſupra primū librum in materia de gr̄a. Scd̄am partem ꝯcluſionis q̄ magis ē ad ꝓpoſitum ꝓbo ſic. q: lꝫ abſolute ſine cōtradictiōe poſſit eē mediū in ſpecie humana iter filiū regni ⁊ filiū ꝑditiōis (ſcꝫ hō ī puris naturalibus) tñ ſm legem ordinatā poſt lapſum nullum ē mediū inter gratum qui eſt filius regni: et ingratū ſeu peccatorē mortalē/ q̄ eſt filiꝰ carceris. igit ſm legē ordinatam non eſt poſſibile ꝙ aliq̄s ſit ſine peccato mortali/ et non habeat gratiam. q: ſm Auguſtinū. xv. de tri. c. xix. Gratia eſt que diuidit. filios regni ⁊ ꝑditionis. quare. ⁊c. ¶ Scd̄a concluſio eſt ita ꝙ ſicut in circūciſione delebat originalꝭ culpa: ſic in ea ꝯferebat gratia. Prima ps ſupponēda eſt tāꝙ doctrina ſctoꝝ. ⁊ etiā ad hoc eſt

ratis. qꝛ nullo tꝑe deus dimiſit genus humanū. ꝛ maxime illos quib⁹ dedit legē ſine remedio (ꝯ pctm̄) neceſſario ad ſalutē. ſed i lege moyſi nō videt aliud remediū ꝯ originale pctm̄ niſi circūciſio. igr̄. ꝛc.

❡ Sed circa ſcḋam ptē ꝯcluſi-
A onis ſciendū eſt ꝙ de ea ē du-
1. opi. plex opinio Quidā dicūt ꝙ de facto i circūciſiōe delebat culpa originalis ꝛ nō ꝯferebatur gr̄a. Et hoc dicūt ꝑpter auctoritates q̄ vident negare gr̄az a ſacramētis veterꝫ legis. ſicut eſt illa gloſa ad Roma. 4. q̄ dicit ꝙ in circūciſione pctā ſolū dimittebāt: ſꝫ gr̄a ad bn̄ operandū adiutrix nō preſtabat. Et illa auctoritas Augu. ſup ꝑs. vij. vbi dicit ꝙ ſacramēta veterꝫ legis tm̄ ꝓmittebāt ꝛ ſignificabāt. Hec aūt dāt ſa-
B lutē. ſ. ſacramēta noua. ❡ Alij
2. opi. aūt dicūt ꝙ principaliter iſtituta fuit circūciſio ꝑpter deletionē culpe originalis / ex ꝯſequēti ad gratiā ꝯferēdā: ꝛ ꝓ tāto dr̄ nō ꝯferre gratiā qꝛ nō ex principali iſtitutione: ſꝫ cō-
Im- comitāter ꝯfert. ❡ Cōtra pri-
prob. mā opinionē apparet ſatis ex
1. opi. ſcḋa pte prime ꝯcluſionis ꝙ i circūciſione ꝯferebat gratia: et ad hoc etiā ſunt auctoritates. pria Auguſtini i libro de nuptijs / ꝛ ꝯcupiſcētia ꝛ ponit de ꝯſe. diſt. iiij. Ex q̄ inſtituta eſt circūciſio ad purgationez pcti veteris valebat magnis et puulis: ſicut baptiſm⁹ valere cepit ex quo inſtitut⁹ ē. qḋ non eſſet niſi ꝯferret gr̄a. Itē Beda ſup illud Luce. ij. poſtq̄ ꝯſummati. ꝛc. ſalutifere cura

tionis remediū circūciſio i lege agebat quod baptiſm⁹ tꝑe
gr̄e ꝯſueuit. igr̄. ꝛc. ❡ Sꝫ ꝯ ſe- iprob.
cundā opinionē ꝓbat ꝙ i cir- 2. opi.
cunciſione intēdebat gr̄a. qa agēs ſm rectā rōnē principalius intēdit pfectionē q̄ carētiā impfectiōis. qꝛ nō intēdit illā carētiā niſi ꝑpter pfectio-
nē. igr̄. ꝛc. ❡ Tertia ꝯcluſio ē C
ꝙ licet ſacramēta noua ſacra 3. ꝯclo
mētꝫ antiq̄s ſint pfectiora: tm̄ hoc nō eſt rō qꝛ in ſolis ſacramentis nouis ꝯferat gr̄a. Prima pars ptꝫ: qꝛ legis pfectioris ſacramēta ſunt pfectiora. Sed ſcḋa ps ptꝫ: qꝛ etiā i antiq̄s ſacramētis ꝯferebat gr̄a ſicut iam ꝓbatū eſt de circū-
ciſiōe. igr̄. ꝛc. ❡ Hic eſt ergo D
dubitatio i quo ſacramēta no- Qō.
ua ſūt alijs pfectiora cū i alijs ꝯferebatur gratia ſicut ꝯfert in iſtis. Itē q̄d dicendū ad auctoritates ſupra tactas q̄ videtur negare gratiā a ſacramētis antiq̄s. ❡ Pro ſolutiōe iſtoꝝ notāda eſt quedā diſtinctio quā ponit Scot⁹: ſcꝫ ꝙ ſacramentū poteſt capi ꝓprie ꝛ improprie. Nō in lege moyſi fuerūt multa ſacramēta iproprie dicta ſicut purgatiōes ab immūdicijs ꝯctis / vt a tactu mortui / ꝛ a lepra. ꝛ ſic de alijs. Erāt etiā ibi q̄dā ſacramenta iproprie dicta alia a ꝑdictꝭ tm̄ plus accedētia ad pfectionē / ſicut erant oblationes hoſtiarū. hec eīn ꝑtinebāt ad cultū latrie ꝓ tꝑe illo quo de⁹ ſic voluit coli. Et iſte ſcꝫ purgationes / ꝛ oblatiōes dicebant cerimonie / vl' cerimōialia ſacramēta. Et de iſtis poteſt ꝯcedi

ꝙ non dabāt grām tāq̃ ſigna
efficacia reſpectu gratie mō q̄
expoſitū eſt efficaciter in diffi
nitione ſacramēti. immo etiā
dixerūt aliqui ꝙ nec i illis ꝯfe
rebaꝛ gr̄a ꝑ modū meriti. ſed
iſtud videꝛ nimis durū ꝙ ali-
q̄s ex obedientia ſeruet dei p̄
ceptū cuiuſmodi erāt p̄cepta
de p̄dictis cerimonijs in lege
et tñ ꝙ non mereaꝛ gratiā/vł
augmentū ei⁹ ſi eā habeat pri
us. ergo licet in illis non ꝯfer
reꝛ gratia ex ỽtute oper̄ ope-
rati ſicut fit in ſacramētis ꝓ-
prie dictis. tñ in illis ꝯfereba
tur virtute operis operātis. i
virtute boni mot⁹ interioris
E tāq̃ meriti. ¶ Sed preter illa
adhuc in lege erat circūciſio:
q̄ fuit ꝓprie ſacramētū. in ea
eñ ꝯferebaꝛ gr̄a virtute ope-
ris operati: ita ꝙ nō req̄rebā-
tur in ſuſcipiente bon⁹ motus
interior q̄ mereret gratiā. ſed
ſufficiebat ꝙ ſuſcipiens eā nō
poneret in ſe obicē. Et ſi ſint
aliqua dicta ſanctoꝝ aut do-
ctoꝝ negantia gratiā a ſacra
mentis antiq̄s (loq̄ndo nō ſo-
lum de ſacramētis improprie
dictis/ſed etiā de circūciſiōe)
illa poſſunt tripliciter intelli-
gi ſm̄ triplicē comparationē
pfectiōis ſacramentoꝝ nouo
rū ſupra antiqua ſacramenta
F ¶ Primo mō pōt itelligi ꝙ cir
cunciſio non ꝯferebat gratiā
nec alia ſacramēta antiqua. i.
paruā gratiā/ꝯferebāt reſpe-
ctu baptiſmi / ⁊ alioꝝ nouorū
ſacramētoꝝ. ¶ Secūdo modo
poteſt dici ꝙ non cōferebant
gratiā (ſcȝ que eſſet imediata
diſpoſitio ad gloriam) q2 illa
gr̄a non aperuit ianuā regni/
ſed hoc non fuit ex defectu il-
loꝝ ſacramētoꝝ: ſȝ q2 fluxerūt
tp̄e quo nōdū erat p̄ciū ſolutū
.i. añ paſſionē xp̄i. Un̄ ita fuiſ
ſet tunc de ſacramētis nouis
Nā licet oīa ſacramenta tam
noua q̃ antiqua habuerūt effi-
caciā a ſolo deo tāq̃ a cauſa
principali/tñ a xp̄o patiēte ſi-
ue a paſſione xp̄i habuerūt ef
ficaciā tanq̃ a cauſa merito-
ria ſicut ꝓbat Scot⁹ in quar-
to. ſ. queſtio. ij. diſti. Modo ſi
cut ipſe dicit ibidē/q2 obſequi
um iuſticie de facto exhibitū
ad mai⁹ acceptaꝛ q̃ ipm ſolū
p̄uiſum. Trinitas vero i ſacra
mētis antiq̄s cōferebat grām
merito paſſionis xp̄i tanq̃ ab
ea preuiſo. ipſa aūt nūc in ſa-
cramētis nouis ꝯfert gratiā
merito paſſiōis chriſti tāq̃ iā
exhibito. Ideo maiorē effica-
ciā hn̄t ſacramēta noua q̃ āti
qua. Et etiā noua maiorē ha-
buerūt efficaciā poſt xp̄i paſ-
ſionē q̃ ante: quare pfectiora
fuerūt poſtq̃ añ. ¶ Tertio mō b
pōt intelligi ꝙ circūciſio nō cō
ferebat gratiā q2 nō vniuerſa
liter cuicūq̃ ſuſcipiēti ipa eñ
forte ex ſua inſtitutiōe deter-
minabaꝛ ad certū gradū gr̄e
ita ꝙ vltra illū nō ꝯferebat. ⁊
ſi tm̄ gradū inueniebat i ſuſci
ſcipiēte. nichil ꝯferebat eidē.
Et iſte vltim⁹ mod⁹ apparet ꝺ
intētiōe magr̄i. Un̄ cū ipſe di-
xerat ꝙ in circūciſiōe gr̄a nō
dabaꝛ. ſtatim ipſe ſubdit: vt i
baptiſmo. Et cām reddit: q̄a
quātūcūq̃ iuſtus accedit ad
baptiſmū vlteriorē ibi accipit
grāȝ ſupple: niſi tm̄ habeat ꝙ

maiorē habere nō poſſit: ſꝫ ſic
nō erat de circūciſione. Uñ a-
brahe iā iuſtificato ſignaculū
tñ fuit/et nichil ei ꝯtulit ſup-
ple ꝑ modū ſacramenti. quia
iā habebat illū gradū ad quē
determiata erat circūciſio/ et
ad quā poterat virtute operꝭ
operati: ſed tñ ei bene cōtulit
ꝟtute operis operãtis: qꝛ cre
dendū eſt ꝙ actus circuncidē
di ex obediētia dei/ ⁊ charita-
te ꝑcedēs fuit eīvalde merito
ri⁹ ſicut imolatio yſaac Licet
ḡ in circūciſiōe nō ſꝑ daretur
gratia/ tñ ipſa erat verū ⁊ cer
tū ſignuꝫ gratie: vel in fieri ſi
nō erat obex: vel i eſſe ſicut in
Abrahā: ⁊ ita de circūciſione
A et baptiſmo xp̄i. ¶ Ex predi-
ctis pꝫ ꝙ ſacramēta noua tri
pliciter ꝑfectiora ſunt antiq̄s
ſacramentis: ſꝫ adhuc quarto
ſunt ꝑfectiora: qꝛ lꝫ oia ſacra
mēta ſint iſtituta a deo: tñ an
tiqua a deo inſtituta fuerꝫ me
diante alio. qꝛ ſm aplm̄ Gala
thas. iij. Lex ꝑ angelos data
eſt in manu mediatoris. No-
ua ꝟo ſacramēta a xp̄o ꝟo deo
immediate iſtituta ſunt: vt de
ſingulis pꝫ. De baptiſmo Ma
thei vltimo Eūtes docete oēs
gentes baptiſãtes. ⁊c. De eu-
chariſtia. Mathei. xxvj. in ce
na. De ꝯfirmatione Johãnis
xx. Accipite ſpm̄ ſctm̄. ⁊c. vel
Actuū. ij. De penitētia. Johã
nis. xx. Quoꝝ remiſeritis pec
cata. ⁊c. De extrema vnctiōe
nō apparet vbi fuerit inſtitu-
ta. tñ Marci. vj. legiꝫ ꝙ apo-
ſtoli vngebãt infirmos. ⁊c. qḋ
non feciſſent niſi ex inſtitutio
ne xp̄i. De matrimōio Marci
decimo. apparet ꝙ chriſt⁹ ap
probat illud quod de⁹ i ſtatu
innocētie per os Ade publica
uit. De ordine. Mathei. xxvj.
Hoc facite in meã. ⁊c. Et Jo-
hãnis. xx. Quoꝝ remiſeritis
peccata remittunꝫ. ⁊c. Et hoc
verū eſt ſm Thomā. ⁊ Scotū
Quod tñ nō tenet dn̄s Arma
canus libro ſuo de queſtioni-
bus armenoꝝ. Sed de hoc/et
de alijs in ſuis locis videbiꝫ.
Et hec de tertio articulo Ad
rationes ante oppoſitū patet
ex dictis quid dicendū ſit. ⁊c.
Et hec de queſtione.

¶ Queſtio ſecūda de ba
ptiſmo chriſti.

QUia in ſecunda B
diſtinctione hui⁹ 2. qō.
quarti / magiſter Utruꝫ
incipit tractare i baptiſ
ſpeciali de baptiſ m⁹ xp̄i
mo chriſti. ideo quero. Utruꝫ ſit ad
baptiſmus xp̄i ſit ad ſalutem ſalutē
neceſſarius cuilibet viatori/ neceſ-
¶ Arguiꝫ primo ꝙ non. Nul- ſarius
lus baptiſm⁹ chriſti eſt ad ſa- cuili-
lutē neceſſarius viatori. igiꝫ betvi-
queſtio falſa: ꝯña eſt clara/ et atori.
antecedens pꝫ. primo de ne- Arg. 1
ceſſitate abſoluta: qꝛ clarū eſt
ꝙ deus poſſit de potētia abſo
luta ſaluare aliquē non bapti
ſatū. Secundo de neceſſitate
ordinata. quia clarū eſt ꝙ de
lege ordinata baptiſm⁹ flumi
nis non eſt ad ſalutē neceſſa-
rius viatori. Nã ꝑ baptiſmū
ſanguinis p̄t ſaluari. ſicut pꝫ
de innocentibus. et ita argui
tur de quolibet baptiſmo idu
ctiue. igitur nullus. ⁊c. ¶ Se- 2. argꝫ
cūdo arguitur ſic. Qui bapti-